57200

1585

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Sala 1 Est. 21 Tab. 5 Núm. 12



55

57200

L19039768

CONSTITVTIONES INSIGNIS, AC CELEBERRIMI Collegij maioris Diuo Iacobo Zebedæo ſacri, quod Salmanticæ illuſtriſsimus Princeps Dominus D. Didacus Ramirez de Haro, Regum Catholicorum Ferdinandi & Eliſabeth Protoſacerdos, & Epiſcopus Conchenſis conſtruendum curauit.

num. 21. cax. 5. num. 53. 12
Dup.º Del Ag.to 54

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

SALMANTICÆ
Excudebat Cornelius Bonardus Brabantus

M D LXXXVI.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

EX ENCOMIIS IOANNIS CHRISTOPHORI Calueti Stellæ de

Illustriß. Didaco Ramirio Haro Episcopo Caucensi.

ENCOMIVM.

QVID nunc Herôas referam, quos longa vetustas
Ad cælum vsque effert: & Proceres sileam?
Quos omni laudum genere horrida Iberia cultos,
Atque pares Græcis progenuit Ducibus.
Seu bello, seu pace petas, validis dabit armis,
Et claros doctis artibus illa viros.
Inter quos fulsit Didacus RAMIRIVS Harus
Virtute, & Sophia præditus eximia
Et qui ex gente fuit natus RAMIRIA, & illa
Exorta ex Regum sanguine Nauariæ.
Nàmq; fuit gentis RAMIRIVS illius Auctor.
Quem Rex progenuit Sanctius egregius.
Inuictique Gener Roderici fuit armis
In celeres Mauros, atque vagos Numidas,
Quem Mauri dixêre Cidum, meruitque micantes
Ille inter stellas nomen habere suum.
Felicem Villam Excusam, planèq; beatam,
Quam claram fecit Regia Progenies:
Quæ nomen tulit à Pagis Caucensibus aptum,
Dùm se excusarent. Quod petis, oppidum habet.
Exactor pete, & hoc soluet, pendetque tributum
Oppidum, & hinc nomen pòst fuit impositum
Quod se excusantes illi Pagi tribuêre:
Et Villa Excusa hoc nomine dicta fuit.
Et quæ Pontifices septem cognomine eodem,
Atque via natos vidit, & excoluit.
Sed Didacum in summo semper RAMIRIVM honore
Villa Excusa habuit, laudeque in astra tulit.
Quem diuina quidem ornauit sapientia, & auxit
Præclaris donis corporis, atque animi.
Egregia ille fuit forma, excelsaque statura,
Et magni excellens dotibus ingenij,
Quem rutilans virtus ad sacros duxit honores.
Asturicæ Præsul, pòst Malacæ ille fuit.
Ac demùm factus Caucensis Episcopus vrbis,
Quæ Concha est hodie, mirificè emicuit.

Iuridicum

Iuridicum ille tuum Conuentum Pincia rexit.
Hoc Piſoraca aquis concinit vndiſonis,
In quo ſe Præſes caſtè integrèq; ita geſsit,
Vt laudem indè ſibi perpetuam tulerit.
Hinc rerum variam acquiſiuit cognitionem,
Et res prudenti conſilio explicuit.
Hoc decus egregium, nomenq; illuſtre parauit,
Hoc illi famam contulit eximiam.
Qua ducti Reges Fernandus, & Eliſabetha
Ornauêre amplis muneribus Didacum.
Nam fidei eius Ioannam committere Natam
Magnanimi Reges non timuère ſuam.
Pro qua ſuſcepit præduros ille labores:
Quos ſemper forti mente, animoq; tulit.
Quin & Ioanna CARLVM natum, atque Philippo
Tinxit aquis ſacris ille ſuis manibus.
Et quòd Reginæ tunc maximus ille Sacerdos,
Caucenſiq́ue eſſet Præſul in vrbe ſacer.
Præſtitit officium, quod Ioanne, atque Philippo
Debuit, vt potuit, Regibus, ac decuit.
Legatus miſſus fuit ad Gallum, atque Britannum.
Hoc Regum Heſperiæ nomine munus obit.
Quid memorem Didaci Caucenſis Præſulis illa
Pulchra opera, & fidibus digna cani Aonijs.
Sed ſuperat ſplendore ſuo Collegium, & omne,
Quod BONVS Antiſtes condere, iuſsit opus.
Quod reſonat Tormis, laudat Salmantica Phœbi,
Et Cereris ſedes, Caſtalidûmq́ue domus.
Hoc alit Illuſtres genere, ingenioq́ue potentes,
Et Sophia claros, iureq́ue vtroq́ue viros.
Qui iam finito rigido, inſomniq́ue labore,
Tunc fructus capiunt ingenij, & ſtudij.
Iuridicos alij Conuentus, atque Senatus,
Exornantq́ue alij Regia Conſilia
Hinc exire ſolent alij, vt vel Regna gubernent,
Vel præſint magnis vrbibus, & populis,
Quos longè, latèq́ue tenet Rex ille PHILIPPVS
Maximus in terris, imperioq́ue regit.
Hoc inſigne quidem, & pulchrum Collegium ab vrbe
Caucenſi egregium, & nobile nomen habet.
Quod dedit Antiſtes Didacus RAMIRIVS vrbis
Caucenſis Sapiens luxq́ue ſui generis:
Et celebre, & felix eſt hoc Collegium, eritq́ue
Dùm Tormis viridem defluet in Durium

Dùm vigili ſtudio, virtute, grauiſque labore
Collegæ Didacum Pontificem referent,
Vt cum laude gerant Hiſpani munera Regis,
Vtq; illos ornet cauſia purpurea.

EO quod dicit inſignis Stella in carminibus, ex ſanguine Illuſtriſſimi fundatoris ſeptem Epiſcopos ortos eſſe, in animum induxi ſingulos in medium proferre. Quorum primus fuit Doctor AEgidius Ramirez maior fundatoris frater, qui primo fuit Archidiaconus Conchen. & euocatus à Pontifice Romano electus eſt Epiſcopus, rediens tamen in Hiſpaniam obijt Bononiæ. Secundus fuit Doctor Garcia Ramirez vltimus prior perpetuus Diui Marci Legionenſ. Deinde epiſcopus Ouetenſis, necnon præſes ordinum conſilij militarium. Tertius fuit Illuſtriſſimus noſter fundator D. Didacus Ramirez de Haro epiſcopus Conchen. (Antiquitus autem aliter Concha nominabatur. Nam Abrahamus Hortelius Antuerpianus, & Pinetus Quemcam vocant Caucenſem ciuitatem, à Caucienſibus populis. Quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 3. Franciſcus Tarapha Barcinonenſis, & Cluſius ſcribunt Quencam Valeriam dictam à Valeriano Licinio Romanorum Imperatore, qui vna cum Galieno filio in Hiſpania regnauit, & teſte Euſebio poſt Imperij annum X V. interfecti fuere. Itaque Concha prius Cauca, deinde Valeria dicta fuit, & nunc vulgò Cuenca.) Quartus D. Sebaſtianus Ramirez de Fuenleal Epiſcopus etiam Conchen. & præſes Valliſoletanæ Cancellariæ. Quintus D. Anton. Ramirez de Haro conſobrinus fundatoris Epiſcopus Segobienſis. Sextus Petrus Ramirez de Arellano vtriuſque iuris profeſſor, ac Bononiæ Rector à ſummo Pontifice electus Epiſcopus noluit acceptare, eo quod fuerat à fundatore hæres adoptatus. Septimus D. Didacus Ramirez de Fuenleal de Sedeño Epiſcopus Pampilonenſis.

¶ DE Illuſtriſſimo fundatore ex multis laudibus, nonnulla adnotauit Lucius Marineus Siculus Hiſtoriographus Regius in ſuo opere de rebus Hiſpaniæ memorabilibus libro 24. cap. 69. fol. 163. vbi ſic ait.

DE IACOBO RAMIRO VILLASCVSANO Conquenſi Epiſcopo viro literatiſſimo.

ABHINC anno ferè quadrageſimo ſecundo, cum ego Salmanticam me contuliſſem, vbi triginta literarum diuerſarum facultatum profeſſores erant, quos illic Cathedraticos appellabant, & auditorum millia ſeptem eo anno recenſiti fuere, qui matriculati dicebãtur, nemo tunc erat in gymnaſio tam celebri in tantaq́; literatorum & ſtudentium multitudine, qui prædulcem linguæ Latinæ deguſtationem ſuauemq́; fructum delibaſſet, aut Grammaticè ſaltem congruèq́; loqueretur, niſi duntaxat vnus Iacobus Ramirus Villaſcuſanus, qui nunc Conquenſis eccleſiæ curam gerit. Quem quidem eloquentiſſimum & in omni genere ſcientiæ doctiſſimum ſapientiſſimumq́; cognouimus, & in ſcribendis epiſtolis atq; alijs operibus elegantiſſimum. Cuius ſapientiſſimo fideliſſimoq́; conſilio & ſumma prudentia Catholici principes in publicis rebus atq; priuatis arduiſq; negotijs vti conſueuerunt. Quem etiam propter eius integerrimos mores & honeſtiſſimam vitam, non humanis ſolum negotijs, ſed etiam diuinis ſuæ domus cerimonijs & ſacerdotibus præfecerunt. Quibus ille diligentiſſimè ſeruiẽs magnos quidẽ multoſq; terra mariq́; labores pertulit. Quapropter iure quidẽ à Catholicis principibus Aſturiẽ. eccleſiæ primũ, deinde Malachenſis, poſtea Conquenſis dignitate donatus fuit. Erat nãq; ſacerdotũ atq; Pontificũ omnium pulcherrimum ſpecimen ſummumq́; decus. De cuius magnis virtutibus & meritis plura quidem maioraque memoratu digna ſcribere poſſemus, quæ cauſa breuitatis omittimus. Statura corporis fuit excelſa, cunctiſq; membris bene compactus. Colore candidus, aſpectu benignus, ſermone placidus, & cum omnibus cuiuſcunq; generis hominibus mitis, humanus & affabilis. Cuius paternum genus ab Arellana nobili familia, vt accepimus, originem duxit. Quod ſuccedente tempore cauſa matrimonij & affinitatis à Pharo quoq; cognomen accepit. Auus ſiquidem huius Epiſcopi Conquenſis nomine AEgidius filius fuit viri cuiuſdam nobilis, qui Cameris imperabat. Fuit autem Camerorum dominus Iacobus Arellanus, à Pharo cognominatus. A quo deſcendit, vt dictum eſt, auus * Conquẽſis Epiſcopi. Qui ex ſua patria proficiſcens in regionem Toletanam ſe contulit infantem Henricum ſequutus, & in oppido Villaſcuſa vxorem duxit, filiam cuiuſdam illius oppidi viri primarij, ſed fortunæ tenuis, & exigui patrimonij. Ex quo quidem cõiugio nobiliſſima proles & viri ſucceſſerunt vtriuſq; ordinis ſacerdotalis, ſcilicet & equeſtris inſignes & memorabiles. Fuit autem hic Antiſtes vir continentiſſimus & admirabile caſtimoniæ ſpecimen. Ideoq́ue Venereos actus aſpernatus, cum liberis caruiſſet, adoptauit ſibi ſucceſſorem & hæredem Petrum Ramirum Arellanum Laurentij Ramiri Arellani ſui fratris filium, qui Lixar, Cobar, & Conguſtum oppida poſsidebat. Erat autem Petrus Arellanus, quem patruus eius Antiſtes prudentiſſimus elegit hæredem, eques valde nobilis & literis adornatus. Quippe qui Bononiæ multos annos legibus vtriuſq; iuris impenderat. Vnde reuerſus in Hiſpaniam ciuilis & canonicæ ſcientiæ titulis inſignitus à Catholicis principibus in numerum conſiliariorum fuit electus, & auditor in oppido Valliſoleto iuridici conuentus, quem Chancellariam vocant. Vbi magnum nomen & claram famam tam ſcientiæ quàm virtutis eſt adeptus. Qui cum ſe ad militiæ ordinem pronum cognouiſſet, militarem vitam elegit, & equos armaq́; tractare cœpit, tametſi literarum ſtudia nõ aſpernatus aſsiduè lectionibus incumbebat, & præſertim libris humanitatis & antiquis hiſtorijs. Vxorem autem duxit Leonoram Mendociam & Gothomanam Orgacij Comitis ſororem, fœminam generoſam & vnam de primarijs totius Hiſpaniæ.

*Additio. Imo Nuñus Ramire frater fuit Iacobi de Arellano à Pharo Dñs Camerorũ, & iſte Nuñ⁹ habuit filiũ Iacobũ Ramirũ, & Iacob⁹ Aegidiũ. Aegidi⁹ autẽ Petrum Ramirez de Villaſcuſa Patrem fundatoris collegij, qui qui dẽ eps fundator Salmãticæ Cathedram rheologiæ obtinuit.

In nomine do

mini nostri Iesu Christi, ac virginis gloriosæ matris eius, & beati Iacobi Zebedæi.

Nouerint vniuersi præsentes literas inspecturi, visuri pariter & audituri, quòd nos Iacobus Ramirez Dei gratia, Concheñ. Episcopus, Sereniſsimæ Ioannæ Reginæ Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Nauarræ, & vtriusque Siciliæ, Comitis Burgundiæ, &c. Protosacerdos & eiusdem Reginæ, ac Cesareæ Maiestatis consiliarius. Cupientes temporalia bona in æterna commutare literas quoque & virtutem, quantum possumus, pro paruitate nostra augere Collegium pro pauperum scholarium habitatione & manutentione ad hoc authoritate fœlicis recordationis Adriani Papæ VI. suffulti, construere cœpimus in vrbe Salmantica, cuius quidem facultatis tenor sequitur, & est talis.

ADRIANVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, solicitæ considerationis indagine præscrutantes, quàm pretiosum sit sapientiæ et scientiæ donum: magno desiderio ducimur, vt literarum studia, in quibus per lectionis exercitium diuina cooperante gratia laudãda acquiritur scientiæ margarita: vbilibet incrementa suscipiãt, ac fortius inualescunt. Et vt id fœliciter subsequi possit, personarum nobis et Apostolici fauoris suffragium propensius impartimur. Sanè pro parte venerabilis Fratris Didaci Episcopi Concheñ. nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ipse de propria salute cogitans, ac terrena in cœlestia et transitoria in æterna fœlici cõmercio commutare cupiens pro diuini cultus, ac virorum eruditorum, ad quos singularem gerit affectum augmẽto et fidei catholicæ propagatione in ciuitate Salmantina: in qua insignis vniuersitas et studium generale vigere dignoscitur: in loco ad hoc con- Petitio.

gruo et commodo vnum collegium pro decẽti scholarium numero, de quo sibi videbitur inibi literarum Sacræ Theologiæ, decretorum et aliarum liberalium artium studio operam dare volentium, educando cum domo, cameris et alijs necessarijs officinis de bonis, tam Ecclesiasticis quàm alijs sibi à Deo collatis fundare, ac construere, et erigi facere summopere desiderat, si sibi ad id Apostolicæ sedis authoritas suffragetur. Propter quod iam in ipsa ciuitate domũ vnam, in qua duodecim scholares expensis suis degunt, proprijs pecunijs emit. Quare pro parte ipsius Didaci Episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, vt sibi in dicta ciuitate vnum collegiũ pro decenti numero scholarium, vt præfertur, construi faciendi, ac fundandi, et erigendi licentiam concedere, ac alias in præmissis oportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quòd semper in vnionibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interesset, laudabile dicti Didaci Episcopi propositum huiusmodi plurimũ in Domino commendantes ipsum Didacum Episcopum, qui etiam prælatus domesticus, et continuus commensalis noster existit: à quibus suis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententijs, censuris, et pœnis à iure vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum harum serie absoluentes et absolutum fore censentes: huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Didaco Episcopo vnum collegium seu vnam domũ collegialem pro numero scholarium viginti, aut quotquot sibi videbitur ibidem commoratorum, et in literarum studijs educandorum, vsu et habitatione cum cameris, et officinis, ac alijs necessarijs ædificijs, et collegialibus insignijs sine alicuius præiudicio construi et ædificari faciendi ac fundandi, et erigendi: nec non quoad vixerit, pro fœlici statu, regimine Magistrorum, Rectorum, Doctorum, et Scholarium dicti erigendi collegij quæcunque tam per quos ipsum erigendum collegium regi, quàm quales personæ, et in quibus facultatibus studentes inibi recipi, et qui eos præsentare, seu recipere, et admittere, ac qui eiusdẽ collegij patroni [a] esse, et quæ sic recepti [b], ac illius magistri, rectores et doctores pro tempore existẽn. obseruare: nec non quæ emolumenta et commoditates inibi habere debeant, et alia cuiusuis generis statuta, ordinationes, et cõstitutiones [c] laudabilia et honesta, ac sacris canonibus non contraria, faciendi et edendi, ac facta et edita, prout sibi vel per eum nominando [d] et deputando pro eorundẽ magistrorum, rectorum, doctorum, et scholarium salubri et laudabili directione visum fuerit, expedire, mutãdi, limitandi, interpretandi, quassandi, et alia de nouo tempore et personarum

Nota.

[a] Facultas episcopo concessa creãdi patronos.

[b] Et quot præsentabit, vide ca. 2. t. 2.

[c] Facultas faciendi statuta & cõstitutiones.

[d] Facultas nominandi perpetuũ administratorem & visitatorẽ fuit Antonius Ramirez Episcopus Segobiensis.

rum qualitatibus id exigentibus faciendi, illaque sub censuris et pœnis ecclesiasticis vel alijs perpetuis futuris temporalibus obseruari mandandi. Necnon omnibus et singulis magistris, rectoribus, doctoribus et scholaribus, in dicto collegio pro tempore commorantibus inibi legendi, studendi, et ad quoscunque gradus quarumcunque facultatum in ipso collegio per idoneos ab ipso Didaco episcopo deputandos, promouẽdi, plenam, liberam, et omnimodam, authoritate apostolica tenore præsentium, licentiam et facultatem concedimus. Et insuper quum primum parochialem ecclesiam de Villanueua de la Xara Concheñ. diœces. per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem, vel amissionem illam nunc obtinentis, aut alias quouis modo etiam apud sedem Apostolicam vacare contigerit, ex nunc prout ex tunc et è contra, medietatem omnium et singulorum illius fructuum, reddituũ, et prouentuum, qui quingentorum ducatorum auri de camera secundum cõmunem extimationem valorem annuum (vt dictus Didacus episcopus asserit) non excedunt, ab eadem ecclesia separantes et dismembrantes, illam collegio huiusmodi, postquàm illius ædificia construi cœpta, licèt nondum completa fuerint: pro illius manutẽtione, et personarũ eius dẽ sustentatione, authoritate et tenore prædictis perpetuò applicamus, et appropriamus. Ita quòd liceat Rectori et scholaribus dicti collegij pro tẽpore existeñ. per te vel per alium seu alios medietatem fructuũ, reddituũ, et prouentuũ huiusmodi propria auctoritate libere exigere, percipere, et leuare et in suos vsus et vtilitatẽ conuertere. Diœcesani loci et cuiusuis alterius licẽtia minime requisita. Et insuper tam magistris, rectoribus, doctoribus et scholaribus præfatis, quã inibi pro tẽpore promotis: vt omnibus et singulis priuilegijs, indultis, libertatibus, iuribus, exẽptionibus, immunitatibus, prærogatiuis et honoribus, quibus alij in sancti Bartholomæi dictæ ciuitatis Sãctæ Crucis, ac sancti Gregorij oppidi Vallisoleti Palentiñ. diœces. ac quibusuis alijs collegijs, et vniuersitatibus, pro tẽpore degentes, et studẽtes, magistri, rectores, doctores, et scholares, et in illis ad quoscũq; gradus quarũcunque facultatũ promoti etiam apostolica aut imperiali auctoritate suffulti vtũtur, potiuntur, et gaudẽt, ac vti, potiri, et gaudere poterunt in genere vel in specie, quomodolibet in futurũ pariformiter, et absque vlla penitus differẽtia in omnibus et per omnia vti, potiri, et gaudere: necnõ vt ipsi magistri doctores, et scholares, etiã clerici et presbyteri leges et iura ciuilia ac physicã ad quinquẽniũ dũtaxat legere, docere et audire (si eidẽ Didaco Epo videbitur) libere et licite valeãt, eisdẽ auctoritate et tenore perpetuo indulgemus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Toletano et

Prout deputatos relinquit ex cõstit. 13. tom. 3. vbi rector cũ tribus examinatoribus collegial. per rectorem deputatis, examẽ faciat & gradũ conferat.

Nominantur executores, & qui sint hodie extat processũ fulminatũ, & per clausulã cæterũ potest alios iudices nominari, vt in fine habetur.

Nota.

Segobiensi ac Oxmensi Episcopis per Apostolica scripta mãdamus quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentes literas, et in eis contenta quacunque vbi et quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Didaci episcopi, ac Magistrorum, Rectorũ, Doctorum, et Scholarium prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solenniter publicantes eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistẽ. faciant auctoritate nostra concessionem, dismembrationem, separationem, applicationem, appropriationem, et indultum huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos præsentes concernunt, illis pacifice gaudere non permittentes eos desuper per quoscunq; quomodolibet indebite molestari contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo non obstantibus voluntate nostra prædicta, et quibusuis alijs apostolicis, nec non in prouincialibus et synodalibus Concilijs edictis generalibus vel specialibus constitutiõ. et ordinatiõ. ac quibusuis specialibus vel generalibus reseruationibus etiam mentalibus, expectatiuis, et alijs gratijs, vnionibus, annexionibus et incorporationibus perpetuis vel temporalibus, suppressionibus, et alijs applicationibus absque consensu et causa onerosa, accessibus, et regressibus, ac coadiutorum deputationibus, nominationibus, facultatibus, literis, mandatis, concessionibus et indulis etiam cum prouisionibus, etiam ex tunc, prout ex ea die et ecõtra quibusuis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existẽ. etiam familiaribus nostris continuis commensalibus, etiam antiquis, et pro tempore descriptis, et alijs quacunque etiam episcopali, archiepiscopali, vel alia maiore etiam cardinalatus honore seu ducali, regali, imperiali, aut alia maiore dignitate, auctoritate, et excellentia fungentibus: aut in eorum seu ecclesiarum, monasteriorum, mensarum seu vniuersitatum, etiam studiorum generalium fauorem etiam imperatoris, regum, reginarum, ducum, et aliorum principum contemplatione et intuitu aut remuneratione, laborum et obsequiorum, etiam nobis et dictæ sedi impensorum, aut in recompensam iurium cessorum vel ablatorum, seu etiam ex quibusuis alijs etiam quantumcunque maximis excogitabilibus causis sub quibusuis formis et verborum expressionibus, ac cum quibusuis antelationibus, suspensionibus, restitutionibus, declarationibus et alijs efficacissimis et insolitis clausulis etiam talibus, quòd illa nullatenus, aut non nisi sub certis modo et forma in eis contentis suspendi possint, irritantibusque: ac quòd illa ex tunc vere et non ficte effectum sortita sint illis, quibus concessa sunt, ius inrequisitum sit, illique beneficio regulæ de non tollendo ius quæsitum gaudere, ac gratiæ ipse inter eos ac nos et sedem eandem vim

initi contractus habere debeant per nos et sedem eandē, etiam motu proprio et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine etiam consistorialiter in genere, vel nominatim in specie concessis, hactenus et in posterum concedendis, quas et quæ eorumque omnium vim et effectum, quo ad hoc omnino suspendimus, ac in vocatione ecclesiæ huiusmodi effectum sortiri, aut locum sibi vendicare non posse, neque debere decernimus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta sit sede indultumque interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, et literis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nos enim dismembrationem, separationem, applicationem, et appropriationem huiusmodi sub quibusuis reuocationibus vnionum et applicationum prædictam pro tempore factis, nisi de illis cum totali præsentium insertione specialis, specifica, individua mentio facta fuerit, minime comprehensas, nec reuocatas esse, nec illis per quascunque concessiones seu constitutiones vllatenus derogatum censeri: sed semper ab huiusmodi reuocationibus, et derogationibus exceptas existere et illæsas, ac in suo pleno robore perpetuo permanere. Necnon ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, separationis, dismembrationis, applicationis, appropriationis, indulti, mandati, suspensionis, et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vicesimo tertio, septimo Calendas Maij, pontificatus nostri anno primo. Nota.

QVIBVS quidem literis Apostolicis facultas nobis præstatur, constitutiones edendi & editas mutandi, corrigendi & interpretandi: sicut in eisdem literis continetur. Idcirco pro regimine & gubernatione præfati collegij, constitutiones sequentes edidimus. Vt autem omnia ordine procedant: in quinque tomos eas distinguere, & partiri decreuimus. ¶ In primo tomo agitur, quomodo

domus & capella collegij sit appellanda, & de capellanis, ac eorum qualitate, electione, seu receptione, iuramenti præstatione, camerarum assignatione, victu eisdem præstando & de ipsorum officio, & scholarium circa diuina peragenda: & eorum circa diuina defectibus & correctione. De eorum in collegio permansione, & expulsione, ac de alijs eorum officium tangentibus. ¶ Secundus tomus disponit de numero scholarium, corpus collegij constituentium, & de scientijs, quibus debent operam dare: de ætate & qualitate ad collegium recipiendorum, & eorum examinatione, & iuramenti præstatione, ac eorum receptione. ¶ Tertius tomus disponit de camerarum assignatione scholasticis admissis in collegio facienda, de spectantibus ad victum & vestitum: prouisione, & gratia, seu subsidio graduandis faciendo, nec noc de ipsorum circa scientiam exercitio, ac durabilitate temporis mihi collegio, & circa ipsorum absentiam, & alijs eosdē tangentibus. ¶ Quartus tomus tractat de electione rectoris & consiliariorum, & de singulis eorum officijs ad gubernationem collegij, & de administratione rerum ad ipsum pertinentium, tam intra quàm extra muros Salmanticenses consistentium. Et de seruitoribus domus, ac de protectoribus & visitatoribus eiusdem collegij, & alijs omnium supradictorum materiam tangentibus. ¶ Quintus tomus accumulat quasdam vtiles prohibitiones & pœnas delinquentium. ¶ Circa primum autem tomum sequuntur constitutiones huiuscemodi.

PRIMVS TOMVS.

Prima constitutio. Quo nomine Collegium appelletur, & capella eiusdem.

VOLVMVS & statuimus, quòd collegium per nos Salmanticæ ædificatum appelletur Collegium Sancti Iacobi Zebedæi. Ad quod tria nos incitant. Primum, quòd Hispani sumus: cuius regionis Diuus Iacobus patronus est. Alterum, quòd eo loco nati sumus: quòd temporaliter Diuo Iacobo & suo ordini subditum est. Tertium, q, in baptismo Iacobi nomine insigniti sumus. Capella autē eiusdem collegij eidē D. Iacobo Zebedæo assignetur.

Cap.

CAP. II. *De patrono collegij ex ſanguine noſtro.*

ITEM volumus & ordenamus, quod de familia, & genere noſtro ſit perpetuo vnus patron⁹ dicti collegij, qui quãtũ in eo erit, defendat, & tueatur collegiũ noſtrũ, & res ad illud pertinẽtes. Volumus autẽ quod patronus primus poſt diẽ obitus noſtri, ſi fuerit tamen ſuperſtes, ſit nepos noſter ex fratre Antonius Ramirez de Haro Epiſcopus Auriẽſis quãdiu vixerit. Poſt cuius obitum ſuccedat alter nepos noſter etiã ex fratre Petrus Ramirez, & eius filius primogenitus ex legitimo matrimonio, & ſic ſucceſsiue: quo ſine liberis decedẽte, ſuccedat Eugenius Ramirez Carillo, & eius ſucceſſores. Quibus omnibus deficiẽtibus, ſuccedat in patronatu is, qui fuerit magis nobis ſanguine cõiũctus ex parte patris noſtri. Qui quidẽ patronus duos [a] ſcholaſticos præſentare valeat, & habeat ius præſentãdi illos, vnũ ad audiendũ Theologiã, & alterum ad Ius Canonicũ, ſeu Ciuile: qui ſi fuerint qualificati, vt noſtra hæc ſtatuta diſponũt, Rector & Collegę illos omnino recipere teneãtur abſq; vlla dilatione. Qui quidẽ ſi fuerint ex ſanguine noſtro, poſsint etiam inter ſe eſſe conſanguinei. Sed ne ex hoc in ſuperbiam efferãtur, volumus quod nunquã aliquis eorũ [b] in Rectorem eligatur. Idẽ etiã volumus de ſcholaſticis Salmanticæ natis. Iſti verò duo per patronũ præſentandi poſsint eſſe nati in diœceſi Cõchenſi, & illorũ vnus ex oppido de Villeſcuſa, in quo nos orti ſumus. Itaque ſi in oppido de Villeſcuſa repertus fuerit vnus ſcholaſtic⁹, qui habeat qualitates requiſitas, prout noſtra ſtatuta diſponunt, patronus illum requiſitus neceſſario præſentet, & Rector & collegiales teneãtur illum recipere abſque vlla tergiuerſatione: qui ſi fortè malitioſe diſtulerint illos ad prædictũ collegiũ admittere, per patronum compellãtur, & per viſitatorem puniãtur atrociter tãquã ingrati. Volumus nẽpe patriæ noſtræ hoc beneficiũ conferre. Valeant tamẽ eligi alij tres per collegas vbiuis in prædicta diœceſi orti, non obſtante ſtatuto de certo numero [c] collegialium in vna diœceſi natorum: nempe hac prærogatiua volumus Concheñ. Epiſcopatum gaudere, quia magna ex parte collegium iſtud ex fructibus illius cõſtruximus. Si verò aliquo tempore non reperirentur idonei ſcholaſtici in prædicta diœceſi Cõchenſi nati, nec in oppido de Villeſcuſa: tũc poſsit illos præſentare patronus, vel ex Malacitana vel Aſtoricẽſi diœceſi. Quibus nos aliquãdo Deo cõcedẽte præfuimus, vel vndecũq;

ex regno

a Idẽ determinauit, & mandauit Illuſtriſſ. rẽdator in ſuo teſtamento, vt conſtat ex illo, cuius data eſt .9: die Ianuarij anno 1521. coram Ferdinando de Vallejo notario camerę regis, & idẽ fuit obtentũ vt cõſtat ex ſententia lata in fauorẽ patroni anno 1579.

b Vide declarationem 13. Antonij Ramirez Epiſcopi Segob.

c Conſti. 2 tom. 2.

ex regno Castellæ ortos illis deficientibus. Quod si post vitã prædicti Episcopi Aurien. nepotis nostri, cõtingat aliquẽ ex sanguine nostro etiã episcopali dignitate esse præditũ, talem volumus vnum ex his duobus scholasticis posse præsentare, alium verò, patronus præsentabit. Non existente verò ex genere nostro aliquo prælato, prẽsentatio prędictorum duorum scholasticorũ ad prędictum patronum laicum deuoluatur: qui tunc tẽporis fuerit.

Cap. III. Quot capellani, & quales, et vnde esse debeant, & per quos recipiendi: et de iuramento eorum.

ITEM statuimus & ordinamus, quod in præfato collegio sint perpetuis futuris temporibus duo capellani, clerici, seculares, natione Castellani, vitę laudabilis, ac honestę cõuersationis: qui habeãt ab episcopis suis literas dimissorias testimoniũ perhibentes, quòd nõ est in eis impedimentum, quo minus diuina celebrare valeãt. Erit autem conueniens quòd sint Theologi, vel ad minus vnus eorum: qui eligãtur à Rectore & collegialibus, in quibus si fuerit disparitas vocum: valeat ea pars, in qua plurimum vota cõuenerint. Quod si numero pares fuerint: illa pars prẽferatur, in qua rectoris [a] vox accesserit. Qui antequàm assumãtur, iurabũt in manibus rectoris & in sacrosanctis Euangelijs, prẽsentibus collegis, quod omnia illa statuta collegij edita, [b] & edenda, prout ad eos spectant, inuiolabiliter obseruabunt, & quod edita à die receptionis suę vsque ad mensem perlegere curabunt, & ipsi Rectori reuerentiã & obedientiã debitam exhibebunt, sibi obediẽdo in licitis & honestis. Et quod istarum constitutionum reuocationem, seu mutationem per se, vel per alios modo aliquo nunquàm procurabunt, nec procurari consentient requisiti: iura, libertates collegij defendent: & quamdiu in ipso collegio permanebunt, si sciuerint contra ipsum aliquid fieri, reuelabunt, vt melius & citius cõmode poterũt bona fide, remota cuiusquã amicitia, odio, cõsanguinitate, & quod nunquã erunt contra collegiũ.

[a] Votis ęqualibus prẽualebit vbi Rector accesserit.

[b] Quę iura re debeãt no uiter electi. & infra ca. 7. tomi. 2.

Cap IIII. Quòd capellani communem vitam cum collegis habeãt: de electionibus tamen Rectoris, consiliariorum et collegarum, et de negotijs collegij non se intromittant.

STATVIMVS prẽterea & ordinamus, quòd prædicti capellani vitã cõmunem habeãt cum cęteris collegis in victu & vestitu

veſtitu. Et quoniam charactere ſacerdotali inſigniti ſunt: ſedeant in menſa poſt Rectorem. Etſi aliquem eorum doctorari contigerit: iuuetur ab arca collegij eo modo quo cæteri, de quibus ſtatuimus.

Cap. V. Quomodo capellani ſe habere debeant circa diuinum officium tam in feſtis, quàm in ferijs.

STATVIMVS præterea & ordinamus, quòd præfati capellani diuinis officijs deſeruiant per modum, qui ſequitur. Vnus enim eorum ſingulis diebus miſſam celebrare teneatur de tempore, facta tamen ſemper commemoratione noſtri, quum viuimus: & poſt mortem, noſtri & parentum noſtrorum, præterquam in diebus ſolennibus: in quibus præfata commemoratio omitti valeat. Quæ quidem miſſa ita inchoetur, quòd ante tempus intrandi in ſcholis ad lectiones ordinarias cõpleatur: ſi tamẽ vterq; capellanorum quotidie celebrare voluerit, deuotionem eorum in Domino commendamus. In feſtis tamen duplicibus, videlicet Natalis Domini matutinas horas ipſi & collegiales decantare procurent, & miſſam maiorem & veſperas dicant ipſa prima die cum duobus ſequẽtibus: & primas veſperas ante diem Natiuitatis: ſimiliter facient in feſto Circunciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, & in Conceptione, Annunciatione, Natiuitate, & Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis, & in Natiuitate Ioannis Baptiſtæ & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & beati Iacobi Hiſpaniarũ patroni, & Omnium ſanctorũ, & Commemorationis defunctorum. In quibus omnibus primas & ſecundas veſperas cum miſſa maiori in cantu dicere teneantur. Eſt enim eiſdem à ſede Apoſtolica conceſſum, quòd audientes diuinum officium ita ſatisfaciãt, acſi in matrice eccleſia audirent: hortamur autem & collegas & collegij familiares (ſi tamen aliàs ad rem idonei ſint) quòd capellanos iuuent in diuini officij celebratione: & quòd, ſi eiſdem moleſtum non eſt, matutinas cantent in diebus Epiphanię, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, & Aſſumptionis Virginis Mariæ: quas cantare poterũt in prędatis diebus, vel in crepuſculo noctis, poſtquàm ianua collegij clauſa eſt vel diei.

Cap. VI. De missa pacis et anniuersarijs dicendis.

VOLVMVS præterea & ordinamus, quòd septima die Decembris, qua Romana Ecclesia Beato Ambrosio festa persoluit, capellani & collegiales in dicta capella collegij missam pro pace & concordia collegarum, & conseruatione collegij, & pro benefactoribus domus solẽniter celebrare teneantur. Dicãt præterea officium defunctorum nona die Maij: vt octaua die dicant in capella vesperas defunctorum & matutinas cum nouem lectionibus, & die sequenti missam pro defunctis in cantu: similiter faciãt 6. & 7. die mensis Februarij pro redemptione animarum patris & matris nostrorum: similiter facient ea die, qua nos viam vniuersæ carnis ingredi (disponẽte Deo) euenerit.[a] Qua die collegiales omnes defunctorum officium integrè persoluant.

a *Prout euenit* 11. *die mẽsis Augusti.* 1537 *Vt constat ex diplomate quod vulgariter appellatur libro De la preciosa, qui est in archiuo ecclesiæ maioris Conchen. cuius trãsumptum est sequens.*

DIDACVS Ramirus bonus appellatus XXXIII. huius Ecclesiæ Episcopus Villascusæ de Haro huius Conchen. diœceseos ortus, in Sacra Theologia, diuino humanoq; iuribus omniũ fere suorum temporũ doctissimus, omnibusq; alijs, tum animi, tum corporis dotibus ita ornatus, vt quocunque loco natus esset fortunam sibi ipsi facturus videretur; à prudentissimis et catholicis Regibus Ferdinãdo, et Elisabeth, ob ingentẽ eius litterarũ et virtutũ opinionẽ ascitus, primo Astoricẽsi, postea Malacitanæ, et demũ Conchensi ecclesijs præfuit, Ioannæq; Reginæ, Philippi Regis vxoris, supremus capellanus factus inuictissimum Carolum V. Romanorum Imperatorẽ, Hispaniarumq; et Germaniæ Regem eorundẽ Regum filiũ, sacro baptismatis fonte abluit: capellam insignẽ in propria patria, et nobile Collegiũ in Gymnasio Salamantino sumptuosis et magnificis ædificijs cõstrui fecit, maximisq; prouẽtibus dotauit. Qui post ingẽtes legationes corundẽ catholicorũ Regũ nomine ad Franciæ, et Angliæ Reges summa cum prudentia et authoritate peractas, Cancellariamq; Regiã Vallisoletanam, aliaq; quã plurima publica Regia munera prudẽter administrata, et demũ per plures annos ecclesiã Conchen. propria præsentia sapiẽtissimè rectam, in eadẽ ecclesia cunctis bonis maximũ de se desideriũ relinquens, omnibus facultatibus suis prius inter suos, et pauperes distributis, Sabbatho ad horam octauam 11. Augusti, Anni, 1537. fato concessit. Fuit admissus ad possessionem Episcopatus 23. Iunij 1518. est Sepultus intra cãcellos Capellæ maioris. ★ *D. O. M.*

* *Super cuius sepulchrũ hæc sunt sculpta.*

Didaco Ramirez Conch. Episcopo Viro Raro, & Doctissimo, cui tanta vis animi ingenijque fuit, vt ad id vnũ natum diceres quodcunque ageret. Obijt anno 1537.

Cap.

Cap. VII. Cui ornamenta et iocalia capellæ debeant consignari.

VOLVMVS præterea, vt diuinum officium ordine debito peragatur. Quod vni ex capellanis (cui Rector & consiliarij iniunxerint) paramenta omnia dictæ capellæ, libri, iocalia, & calices cum patenis & omnia & singula sibi commissa & commendata diligenter custodire, parare & tradere, prout diuina officia celebranda requirũt, teneatur: & iuret [a] quòd extra collegium nihil præfatorum donabit, neque commodabit sine expressa Rectoris & consiliariorum licentia. Inuentarium autem & capellani iuramentum in arca eiusdem collegij ponetur, & collegij Rector tantundem habebit, & sequenti Rectori reddet, quum primum fuerit electus: dentur autem capellano pro huius ministerij cura & labore singulis annis quatuor floreni auri de Aragonia.

[a] *Quid iurare deleat custos ornamentorũ.*

Cap. VIII. *De pœna capellanorum, qui diuinis officijs non interfuerint, et quòd nullum officium habeant, per quod seruitium impediatur.*

VOLVMVS præterea & statuimus, quod capellani diuino officio (ad quod tenentur) semper intersint. Quod si absentes fuerint eadẽ die mensæ portione priuati sint: si verò eorũ aliquis Rectori fuerit inobediẽs: per eundẽ Rectorẽ & consiliarios debita pœna puniatur. Et vt libere deseruire valeant, nullum ministerium vel officium [b] intra collegium, nec extra eis iniungantur, quod diuino officio præstare impedimentum valeat.

[b] *Capellani nullum officium habeant.*

Cap. IX. *Per quod tempus capellani in collegio permanere possint, et per quem corrigi.*

VOLVMVS præterea & statuimus, quod capellani prædicti possint in seruitio dictę capellę vltra octo annos quanto tempore voluerint [c] permanere: dummodo officium suum bene, laudabiliter, ac diligenter adimpleuerint. Quorum defectus, negligentias, siue excessus Rector cum consilio consiliariorũ corrigat. Nec inde expellantur nisi inordinati, aut seditiosi, seu inutiles fuerint, vel alia iusta causa arbitrio Rectoris & collegialium occurrerit, propter quam expellendi viderentur.

[c] *Capellani perpetui.*

Cap. X. De officio peragendo à collegio.

ITEM quia scholasticos beneficiũ in collegio recepturus gratos [a] esse cupimus, eos in Domino hortamur, quod nostri & parentum nostrorũ animas semper in suis orationibus deuote Dño commendent, & pro dicto beneficio in domo Dñi aliquid offerant pensionis. Volumus itaque & statuimus, quòd singuli collegę ad sacros ordines promoti vel aliquod beneficiũ, etiam si paruum sit, obtinentes, breuiarium habere teneantur. Et horas canonicas dicere secundum morẽ Romanæ Ecclesiæ: ad quod priuilegiati sunt, dicere [b] teneantur: scholastici verò, qui nec sacros ordines, nec beneficium habent, singulis diebus officium defunctorum cum vesperis & matutinis persoluant. Hortamur præterea eos, vt singulis hebdomadibus septem Psalmos pœnitentiales cum litanijs & orationibus dicere velint pro redemptione animæ nostræ, & maiorum nostrorum.

[a] Iuxta illud Pauli ad Coloss. c. 3. Grati estote. & pruer. c. 17. qui reddit mala pro bonis, non recedet malum à domo eius.

[b] Ordinatus ordine sacro, vel beneficium habẽs tenetur horas dicere.

Cap. XI. De audienda re diuina et ministerio ab scholasticis in capella præstando, et de absentium mulcta.

ITEM volumus, quòd quilibet scholaris legitimo impedimento cessante (de quo Rectori fidem facere teneatur) singulis diebus missam [c] audiat. Quod si non fecerit, in duobus moropetinis mulctetur: quos in fine mensis cuiuslibet, personæ per Rectorem electæ soluere teneantur sub pœna priuationis portionis collegij per vnum diem: qui quidem collector infra biduum Rectori pecunias collectas tradat, quę receptori redituum collegij consignentur: quas in libro receptionis scribere teneatur. Qui verò in missa pacis, [d] aut in anniuersarijs, de quibus supra, absens fuerit, portione collegij sit priuatus per duos dies. Ordinamus præterea quòd scholastici diuino officio interessentes (si sint habiles ad cãtandum vel legendum cum capellanis & cæteris cantantibus) simul cantent & legant, memor es [e] Dauid Regis & Prophetę, qui ex deuotione non erubuit corã arca Domini saltare & canere, illud etiam ad mentem reuocantes, seruire Domino regnare est.

[c] Missa singulis diebus audienda.

[d] Quæ dici debet ex c. 65. eodem, vbi pro cõcordia & pace, thesaurus enim pax & concordia dicitur. Eccles. c. 25. & prouer. c. 18. Frater qui adiuuetur à fratre quasi ciuitas firma.

[e] Vt habetur 2. Reg. 16.

Cap XII. Quibus temporibus Rector et cæteri collegæ confiteri debeant, et corpus Christi suscipere.

PRÆTEREA, quia in Euangelio [f] scriptum est, Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habe-

[f] Ioan. c. 6.

habebitis vitam in vobis. Et Iacobus [a] Apostolus dixit, Confitemini alterutrũ peccata vestra. Et Ecclesia in concilio generali statuit, vt omnis [b] vtriusque sexus fideles saltẽ semel in anno sua peccata confiteantur: & quoniam antiquo iure statutũ erat, vt saltẽ ter in anno fideles corpus Dñi acciperent, & quoniam viros scholasticos vna in domo commorantes sanctius quàm alios viuere decet. [c] Idcirco statuimus & ordinamus, quòd Rector & collegę confiteri intra capellam collegij, & non alibi, [d] & corpus Christi deuote suscipere teneantur in festis Natalis Christi, & resurectionis: alij verò hac die & alijs præcipuis festis communicãtibus auctoritate Apostolica, qua fungimur, decem annos indulgentię de pœnitentijs iniunctis indulgemus. Rector [e] verò, qui alios exemplo prędecedere debet, etiam communicabit in festo Assumptionis Virginis Mariæ. Non communicãtes verò in festis Natalis & Resurrectionis prędictis priuetur victu cõmuni donec cõmunicauerint.

[a] cap. 5.

[b] Tit. de pœnit. & rẽmiss.

[c] Eucharistia nõ alibi quàm in capella assumatur collegij nec decet.

[d] Cap. & si non. c. sæculares, de conse. dist. 2. & ante cõmunionẽ à quibus se abstinebãt. c. omnis homo, de cõs. dist. 2.

[e] Rector tenetur eucharistiam sumere in festo Assũptionis Virginis Mariæ.

SECVNDVS TOMVS.

Secundus Tomus disponit numerũ collegialium ad collegium recipiendorum, & de scientijs quibus debent operam dare, & de eorum ætate & qualitate, & de electione eorum, & examinatione, & receptione, ac iuramẽti præstatione.

Cap. I. De numero collegarum et facultatibus, quibus debent operam dare.

STATVIMVS & ordinamus, quòd ad collegium recipi valeant viginti scholares: quorum octo sacræ Theologiæ: octo Iuri Canonico: duo Iuri Ciuili, & duo Medicinæ operã dent. Qui postquàm admissi fuerint ad aliquam dictarũ facultatum, ab alia non se transferant: sed circa eam ad quam admissi sunt diligenter intendãt. [f] Permittimus tamẽ & consulimus Theologis, quòd per biennium aut trienniũ Iuri Canonico intendãt, vt cõmodius eccle-

[f] Vide declarationẽ 15. Episcopi Senonensis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ecclesiarum regimini prodesse valeant, si quando eis in eisdem re sidere datum sit: Canonistę verò (si voluerint) per quinquennium leges audire valeant: sicut in Adriani Bulla continetur. Sic tamē quòd Theologi primo quadriennio soli Theologiæ, Canonistæ verò soli Canonico Iuri operam dent. Sed quoniam iuxta Hieronymum, conturbat [a] acumen legentium, qui seculares libros legendos prohibet: idcirco nulli eorundem collegarum prohibemus, quin aliquando (si velint) humanis litteris se immiscеant, sic tamen quòd ab eis non absorbeantur.

a cap. turbat. 37. distinct.

b vide declarationē primam Antonij Ramirez.

Cap. II. *De ætate et qualitate ad collegium recipiendorum.*

STATVIMVS præterea, quod ad collegiū admittendi sint ætatis viginti quatuor annorū completorum, & qui honestæ vitæ & conuersationis fuerint, non coniugati, sani corpore, pauperes: itaque in patrimonio aut in beneficio non habeant vltra summā viginti ducatorum aureorū. [b] Et si in collegio residentes vltra hanc summā reditus fuerint assequuti, pacifica possessione habita sine fraude collegio exire teneantur. Non sint regulares in aliquo ordine, non descendant per aliquā lineam [c] ab his, qui pro hæresi fuerunt condemnati, vel reconciliati publice vel occulte. Sed sint Christiani antiqui. Christianos antiquos [d] intelligimus eos, quorum parentes siue patres, & aui, attaui, & maiores semper fuerunt habiti publice & occulte pro Christianis antiquis. Itaq; nullo modo descendant ex genere Iudæorum vel Maurorum. De quo antequàm ad collegium eligantur vnus ex collegialibus vel capellanis expensis recipiēdi vel recipiendorum ad propriam patriam vel locum talis recipiendi vadat, & afferat publicum instrumentum quinque ad minus testium fide dignorum, qui sint contestes comprobantes talem recipiendum esse idoneum, & nullo modo trahere originem à Iudęis vel Mauris, alioquin nullo pacto recipiatur, etiā quantūcunque alias qualificatus existat. [e] Sint natione Castellani, in quo etiam Regnum Granatę includi volumus, quod prędante Dño tempestate nostra per inuictissimos Ferdinandum Regem & Elizabeth Reginam benefactores nostros ab infidelium manibus ereptum est. De Regnis verò extraneis, videlicet Frācię, Aragonię, Nauarræ, & Portugalię, & de prouintijs Vizcaię, & Gallecię vnus dūtaxat ex qualibet

c Nam qualitas & forma solebāt considerari ex Dan. c. 1. ibi de sanguine regio in quibus nulla sit macula, decoros forma, vt possint stare in palatio regis.

d Hanc cōstitutionē refert & exponit Episcopus Rojas in singulari 104. & vide etiā Siman. in defensiōe apologetica statuti ecclesiæ Toletanæ.

e Quid si postquā electus habetur notitia de aliqua incapacitate, vide declarationē 14. Episcopi Segob. de qua infra.

assumi

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

assumi valeat: & vt monopolijs occurratur, de vna diœcesi non eligantur nisi duo: quorum loca Natiuitatis per quinque ad minus parasangas siue leucas distent. Nullus Collegarum sit alterius consanguineus intra quartum gradum consanguinitatis secundum formam Iuris Canonici computandũ. Volumus præterea, quòd de natis intra vrbem Salmanticam duo eligi valeãt, vnus Theologus & alter Iurista: esset conueniens, quòd vna prębenda eorum detur nobilitati, altera verò populo. Quòd si procedente tempore videbitur non conuenire, quòd Salmanticenses ad collegium admittantur, permittimus collegialibus electoribus, vt temperent à Salmanticensium electione, super quo eorũ conscientiam oneramus.

Limitatur in casu const. 2. tomi. 1. vers. non obstante.

Cap. III. De libertate in electionibus.

In electione collegarũ & familiariũ idem seruetur & æquiparatur.

ET quoniam libera debet esse eligentium mens & vox: Volumus & statuimus, quòd vacante aliqua præbẽda collegarum, capellanorum, vel familiarium, nullus pro recipiendo preces fundat: quod si factum fuerit, ea vice inhabilis sit ad electionem. Si verò (quod absit) eligentium aliquis pro voce sua pecuniam acceperit: sit eo ipso collegio priuatus. Quam priuationem cæteri scholastici sub pęna præstiti iuramenti exequi teneantur.

Pœna electoris recipiẽtis pecuniam.

Cap. IIII. *De modo electionis Rectoris et Consiliariorum.*

Vide declar. 4. epi Segobien.

IN electione Rectoris & Consiliariorum hic modus seruabitur: In die Sancti Lucæ omnes collegę conuenient in capella (qui locus electionibus destinatus est) in qua audita primum missa de Spiritu sancto, de toto numero collegialium excepto Rectore & consiliarijs, qui eo anno in suis officijs seruierunt, & præsentatis per patronum & collegis Salmanticensibus, facto primum iuramẽto, ꝙ in Rectorẽ & cõsiliarios illos eligẽt quos vtilitati, & bonæ gubernationi collegij magis idoneos cognouerint, quilibet eligentiũ eũ eligat, quẽ secundũ Deũ magis viderit cõuenire ad officium rectoratus: quam vocem scripto secrete dabit, & vnus capellanorum papiros & vota eligentium de manu eorum capiet,

Et nouis, vide declarationẽ §. Io. Antonij Ramirez.

Et qui possint in sortẽ admitti vide statutũ. 4. anni. 1567.

capiet, & intra pileum seu bursam ponet. Omnibus autem positis papiros iterum extrahat, & super altare ponat, & legat nomina electorum. Is autem Rector erit, in quem plurium vota cõcurrerint. Si verò pares fuerint duo, aut tres, illorum voces præferantur, quibus accessit Rectoris antiqui vox. Facta autem (vt prę-mittitur) Rectoris electione, statim præstabunt omnes collegę, capellani, & familiares obedientiam Rectori nouiter electo, & iurabunt, quòd ei obedient in licitis & honestis. Consiliariorum verò electio ita fiet. Primo anno Theologi & Medici de seipsis duos consiliarios eligant, & Canonistæ & Legistæ vnum. Secundo verò anno Canonistæ & Legistæ duos eligant de seipsis: Theologi & Medici vnum: & sic alternando. Et in eorum electione seruetur modus, qui in electione Rectoris præscriptus est. Et fiat electio consiliariorum sequenti die post Sanctum Lucam. Si verò Rector officium sibi iiunctum rectoratus forte contumaciter acceptare recusauerit, ipso facto collegio sit priuatus: hoc tamen seruato quòd Rector vno anno electus nõ possit infra biennium sequens in Rectorem eligi. Si tamen tanta sit personæ probitas, quòd à duabus partibus collegarum ternario numero diuidendarum fuerit approbatus, reelegi valeat secundo anno, & adhuc tertio. Sed vltra tertium rectoria non prorogetur. Qui autem fuerit vno anno consiliarius, intra sequentem annum in consiliariũ eligi non valeat. Hæc autem electio vno contextu finem accipiat, hoc est in aurora festi Sancti Lucæ.

Votũ Rectoris vbi sit præualet.

Cap. V. De iuramento Rectoris et consiliariorum.

RECTOR verò & consiliarij electi (sicut dictũ est) sequẽti modo corã omnibus tactis sacrosanctis euangelijs iurabũt, quòd statuta collegij bona fide, & quantum eis fuerit, inuiolabiliter obseruabunt, & quantum in eis est facient ab alijs obseruari, & commissum sibi ministerium omni odio & amore postpositis, & omni fraude cessante fideliter exercebunt. Iura & libertates collegij defendent, & bona ipsius fideliter dispensabunt, ac de sua administratione debitam rationem reddent contra collegium, neque ibidem commorantes, neque postquam inde exierint, vnquàm erunt.

Cap.

Cap. VI. *De modo electionis collegialium.*

CVM occurrerit electio [a] alicuius collegarum congregentur omnes electores in capella collegij, & præmissa Spiritus sancti missa, eligentium quilibet iuret tactis sacrosanctis euangelijs, quòd, semotis amore, odio, prece vel pretio eum eliget ex oppositoribus, quem intellexerit moribus & vita & litteratura, ac paupertate cæteris paribus magis idoneum. [b] Quæ quidem suffragia per cedulas secretas fiant, & mittantur in pileum siue bursam, & vnus de capellanis veniens extrahat cedulas in præsentia omnium, & ponat super altare. Et is sit collega, in quẽ plurium voces concurrerint. Quòd si suffragantium vota fuerint paria, ea pars prævaleat, in qua Rector [c] fuerit. Quam electionem facere teneantur [d] intra triginta dies à die vacationis. Examinentur [e] autem recipiendi ad collegium de vita & moribus ac literatura, & Rector iniungat sub pęna præstiti iuramenti collegis, vt si ipsi vel eorum aliquis aliquod impedimentum sciuerit, quominus admitti ad collegiũ non debeant, teneatur sub pęna periurij denuntiare. Teneatur autem, qui præbendam petit in sua facultate coram Rectore & scholasticis vnum textum per Rectorem, per vnum diem ante sibi assignandum interpretari: post lectionem verò immediate tres collegarum, quibus Rector iniunxerit, opponant contra dicta in lectione.

a *Quid antea fieri debeat, vide declarationem. §. 12. Epis. Sego.*

b *Cæteris paribus nobilior est præferẽdus ex mãdato 4. Illustrissimi ac Dñi nostri Episcopi, de quo inf.*

c *Vbi votũ Rectoris fuerit præualebit.*

d *Quando fieri debeat electio*

e *Examen quomodo & quando fiat.*

Cap. VII. De iuramento electi in collegam.

ITEM volumus & statuimus, quòd electus in collegam ante omnia in manibus Rectoris, præsentibus collegis, tactis sacrosanctis euangelijs, iuret [f] quod omnia statuta collegij edita & edenda inuiolabiliter obseruabit, & quod edita sub pęna periurij infra mensem à die suæ receptionis in collegio perlegere curabit. Quorum reuocationem seu mutationem nunquã per se vel per alium aliquo modo procurabit, neque requisitus consentiet: iura & libertates collegij defendet: & quandiu in ipso collegio manserit, si quid contra hoc fieri perpenderit, reuelabit, vt melius & citius poterit bona fide collegio, remotis omnibus amicitia, consanguinitate, affinitate, gratia, odio,

f *Iuramentum quale electi.*

vel fauore cuiuslibet. Et quòd secreta [a] ipsius collegij alicui non reuelabit. Et ipsi Rectori obedientiam & reuerentiam debitam exhibebit in omnibus licitis & honestis: & prout ista statuta disponunt. Et postquam de ipso collegio exierit, nunquam eidē aduersabitur. Et quotiescunque sciuerit contra ipsum collegium aliquid tractari aut fieri, Rectori reuelabit: & eos, qui sunt aut erunt de sanguine fundatoris pro posse honorabit, [b] & nullo vnquàm tempore contra eos erit, nisi sua vel suorum iura prosequatur. Quod iuramentum in libro ad hoc deputato scribetur, & in archinio collegij sub bona custodia seruabitur, vbi etiam scribatur dies electionis & nomen electi.

[a] *Secreta non reuelanda, & qua pœna. inf. c. 12. §. fin. tom. 5.*

[b] *Et qui honorari debeant.*

TOMVS TERTIVS.

Disponit cubiculorum assignationem admissis in collegio faciendam. De spectantibus ad victum & vestitum: & de prouisione, & gratia, seu subsidio graduandis facienda: nec non de ipsorum exercitio literario, ac duratione temporis in collegio & circa illorum absentiam, & alijs.

Cap. I. De consignatione cubiculorum, et visitatione eorum bis in anno per Rectorem facienda.

STATVIMVS & ordinamus, quòd vacantem cameram antiquior collega eligat & optet: quod si ille nolit, propinquior illi in antiquitate illam possit optare, & sic successiue. Nouus autem collega vacantem cameram consequatur. Volumus etiam quòd Rector bis saltem in anno videlicet mense Maij, & mense Nouembris visitare teneatur omnes cameras dicti collegij, adiunctis sibi consiliarijs omnibus, vel eorum aliquibus. Quod etiam faciet in cameris capellanorum & familiarium.

Cap.

Cap. II. *De cubiculis cathedras regentium non mutandis.*

SAEPE considerauimus causas, propter quas Salmanticæ docti viri lecturas non edunt, & inter alia credimus in causa esse, quòd cum literis creuerint, rerum penuria compelluntur victui necessaria quærere: propter quod non possunt literas prosequi. Idcirco volumus & statuimus, quòd [a] si aliquis collegarum in scholis, quas vocant maiores, lecturam in Theologia, aut in Iure, aut in Medicina, aut Artibus perpetuam fuerit assequutus: & tempus, quo in collegio manere constitutum est, fuerit elapsum, ita quòd secundum statuta collegij recedere teneatur: si decreuerit in collegio manere, vt ea quiete functus scribere vellet, & valeat in sua facultate, in qua cathedram regit, permanere valeat, & exire non compellantur cum sequenti moderamine. Primum, quòd talis à collegio nihil aliud percipere valeat, quàm cubiculum, in quo moratur, & victum quotidianum in refectorio collegij: pro cuius expensis omni anno soluere teneatur quadraginta auri ducatos. Ita quòd in cubiculo seu camera maneat, in qua habitabat eo tempore, quo recedere debuerat, si non esset cathedraticus. Hic itẽ vestibus vti valeat gradui suo conuenientibus, modo sint similes vel dissimiles vestibus collegarum, dum tamen decentes sint & honori collegij & personæ conueniant. Item quòd eiusdem cathedratici loco eligatur alter collegialis in ea facultate, in qua ipse legit, & in qua se exercet. Qui in locum ipsius ita succedat, quòd omnia quæ ipse gerebat & exercebat in collegio manens, gerere & exercere valeat in eius locum surrogatus. Ita quòd cathedraticus vocem non habeat, neq; actiuam neque passiuam in electione Rectoris, & consiliariorum, collegarum, & capellanorum: sed quòd pace & quiete fruatur literis tantum intentus. Teneatur autem per omnia statuta collegij seruare, caste & honeste viuere, & nullus eiusdem familiaris, nec diu nec noctu in collegio vescatur, ac dormiat.

[a] Collega cathedrã proprietatis assecut⁹ quid?

Cap. III. *De portione cuilibet collegarum danda & symposio faciendo.*

ITEM statuimus, quòd cuilibet collegæ tam Rectori quàm scholasticis, & capellanis in collegio præsentibus dentur

singulis diebus bonarum carnium arietinarum vel vitulinarum die quolibet, quo carnes eduntur, viginti quatuor vnciæ cum ferculo competenti, sicut Rectori & consiliarijs visum fuerit. Quas carnes diuidant inter prandium & cœnam, sicut Rectori videbitur. De pane [a] habeant in prandio & in cœna quantum necessitati naturæ suffecerit: de vino [b] vero, quantum modestiæ & honestati. Familiaribus verò dentur duę partes carnium, quæ collegialibus exhibẽtur. Diebus verò quibus carnium esus interdictus [c] est, in ouis vel piscibus, pro cuiuslibet portione tantum expendatur, quantum in carnibus fuerat expendendum. Nulli autem detur portio in pecunia: sed contentus sit cibo communi. Permittimus tamen, quòd in festo Natalis Christi & in Epiphania, & die Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, & in die Sancti Iacobi Zebedęi, Assumptionis beatæ Mariæ, ac Omnium Sanctorum portio [d] duplicetur. Diebus verò ieiuniorum hora cõpetenti facto signo campanæ ad symposium omnes concurrant, & facta colatione cum modico pane, & vini moderata bibitione, omnes discedant. Qui verò ad præfixum tempus non venerit: nihil omnino habeat.

a De pane ad saturitatem.

b De vino ad sobrietatem. ex Paulo 1. Tim. ca. 5. modico vino vtere.

c Diebus ieiunij tantũ expenditur quantũ in diebus alijs fuerat expendendũ.

d Extraordinaria quãdo & quot personæ inuitari possunt. vide Tomo. 3. cap. 20.

Cap. IIII. *De hora prandij et cœnæ, et campanellæ pulsatione, et mensæ benedictione, et post cibum gratiarum actione, et quòd omnes ad primam benedictionem venire teneantur.*

STATVIMVS præterea & ordinamus, quod omnes scholastici & capellani per sonum campanellæ vocentur ad prandium, & ad cœnam hora competenti: de qua infra dicetur. Qua pulsata omnes reficiendi sine mora [e] venire debent. Ita quòd in principio benedictionis dicendæ conueniant in refectorio, & tũc ferculo allato, vnus capellanorum seruato hebdomadarum ordine benedictionem incipiat: cui cæteri respondeant. Finito autẽ prandio aut cœna, gratias [f] agant creatori omnium, qui dat escã in tempore opportuno, & replet omne animal benedictione. In fine autem gratiarum actionis tam in prandio quàm in cœna commemorationem [g] pro defunctis nostris, & pro anima nostra faciant, dicentes: Requiem æternã, &c. cum Psalmo, Laudate Dominum omnes gentes. In diebus verò ieiuniorum cum Psalmo, Miserere mei Deus: & orationibus, Deus qui inter Apostolicos sacerdo-

e Pulsata cãpana ad prandiũ sine mora debent venire: nũc verò secunda campanella, plures enim ad seruitiũ obtinere possũt absq; cõm. pœna, trgumento extrauganti 2. de offic. custodis inter com.

f Ex Paul. 1. Cor. 10. siue (inquit) mãducatis siue bibitis, omnia in nomine Christi facite.

g Benedictio qualis dicenda.

ſacerdotes, cum cęteris orationibus pro defunctis: & in fine, Fidelium omnium conditor & redemptor. Si quis verò collegarum ante finitam benedictionem refectorium non intrauerit, vel capellanus benedictionem [a] non dixerit: illa vice vterque vino priuetur. Si autem dicta benedictione alijs iam diſcumbentibus venerit, priuetur carnibus, & vltimo ſedeat, vel ouis & piſcibus. Siverò antequàm gratię Deo agantur aliquis de menſa receſſerit ſine Rectoris licentia: die ſequenti portione priuetur. Si autem tempore prandij vel cœnæ aliquis fuerit occupatus in lectione, & doctrina alicuius libri, vel negotijs collegij de mãdato Rectoris, vel in aliquo arduo negotio ſuo, de quo, iuramento fidem Rectori facere teneatur, in ſecunda menſa ſedeat. Hora autem [b] prandij à feſto ſancti Luciæ vſque ad Dominicam de Reſurrectione ſit hora vndecima ante meridiem. A die verò Reſurrectionis vſque ad Pentecoſten, & à feſto Natiuitatis Virginis Mariæ vſque ad diem ſancti Lucæ ſit hora decima. A die verò Pentecoſtes vſque ad virginis Natiuitatem ſit prandium inter nonam & decimam ante meridiem. Sed in diebus ieiuniorum & in quadrageſima prãdium ſit poſt vndecimam horam ante meridiem. Hora verò cœnæ [c] à die ſancti Lucæ vſq; ad feſtũ Reſurrectionis ſit nona poſt meridiem. A feſto Reſurrectionis vſque ad feſtũ Natiuitatis Virginis ſit ſexta. Et à die Natiuitatis Virginis vſque ad ſanctum Lucam ſit octaua.

a Pœna nõ benedicẽtis mẽſam vel non intereſſentis & recedentis.

b Hora prãdij quæ ſit.

c Hora cœnæ, vide declarationẽ 5. Antonij Ramirez Epiſcopi Segob.

Cap. V. *Quo tempore porta collegij, et per quem aperiri et claudi debeant.*

ITEM ſtatuimus, quòd occidente ſole campana collegij pulſetur: vt qui iuxta ſunt, venire valeant opportuno tempore: quo tempore etiã interior collegij porta claudatur [d], poſtico aperto manente. Poſtea verò in veſpertino crepuſculo claudatur porta prima, peſulo portæ primum pulſato: poſtea verò claudatur ſecũda porta præcedente etiam repaguli pulſatione. Et idem fiat in porta, quę ad ortum vergit. Aperiantur autem portę [e] quum dies eſt, neque ex aliqua cauſa etiam vrgente, poſtquàm clauſę ſunt portę, aperiantur. Ianitor verò fideliſsimus de toto collegio eſſe debet: qui claues Rectori tradat, & de nocte apud ſe ſeruet. Qui poſt clauſionem portas viſitet, an clauſę ſint. Volumus etiã quòd & tem-

d Portæ qua hora claudi debeant.

e Hora aperiẽdi portas.

& tempore prandij & [a] cœnæ porta interior collegij claudatur, nec tunc alicui liceat intrare vel exire.

[a] Tẽpore prandij & cœnæ nulli liceat nec exire, nec intrare.

Cap. VI. De ordine sessionis in capella et in mensa ac alibi seruando.

ITEM statuimus, quòd in sessionibus hic ordo seruetur. Primum locum teneat Rector: post quem sedeant capellani, deinde graduati, videlicet Doctores in Theologia aut iure, & Magistri in Medicina & artibus. Imparitate autem graduum Theologi præcedant Canonistas, Canonistæ Legistas, Legistæ Medicos, Medici artistas. Si verò sedentibus in mẽsa quispiam superueniat, sedeat vltimus quantumcunque fuerit graduatus. Si verò inter Theologos [b] & alios paritas graduum fuerit, præcedat qui prius in collegio receptus est: si autem & gradu & receptione pares sunt, is eorum præcedere debeat, qui primus promotus est.

[b] Vide declarationẽ 6. 7. & 8. Ant. Ram. Epis. Sego.

[c] Psal. 118. quã dulcia faucib⁹ meis eloquia tua Dñe super mel ori meo.

Cap. VII. De lectione in prandio vel cœna, de silentio tenendo, et de priuato cibo non adducendo, et quid fieri debeat de fragmentis panis, quæ supersunt.

STATVIMVS præterea, quòd per totum annum Biblia legatur [c] in prandio à principio mensæ vsque ad finem. In cœna verò legãtur [d] libri vtiles, videlicet Moralia Gregorij vel eius dialogi, & pastorale, vel libri historiales, vel doctrinales. Lectio autẽ prandij hebdomatim fiat per omnes collegiales secundum ordinem ingressus collegij excepto Rectore & capellanis. In cœna autem consueuerunt aliqui lectionem continuare sponte sua, quod laudamus & nos aliquando fecimus. Si vero lector desit, qui velit continuare, qui legit in prandio, legat in cœna. Vt autẽ in lectionis auditione sit attentio: silentium [e] omnino seruetur. Nullus autem priuatum sculentum ad refectorium ducat, quod si alicui mittatur xenium: Rector illud cunctis discumbentibus distribuat. Statuimus præterea, quod intra cameras nullus [f] prandeat, aut cœnet, neque solus neque cum socijs, nisi infirmitate grauatus hoc fecerit de consilio medici, & de consilio Rectoris. Transgressor per decem dies portione priuatus sit. Volumus etiam quod fragmenta [g] quæ in prandio supererunt munde

collecta

[d] Et quare introductũ fuit, ponit c. pro reuerentia ad fi. 44. dist.

[e] Tẽpore lectionis in refectorio silentium habendũ, arg. c. 6. §. in oratorio, de statu mon.

[f] In camera nullus prandeat & quæ sit pœna, nec extra collegium, statu. 4. anno. 1543.

[g] Hoc fuit innouatum ex mandato 6. Illustriss.

collecta, ad ostium collegij in eleemosynam pauperibus erogẽ tur. Prohibemus præterea ne in refectorio diebus ieiuniorũ carnes [a] comedantur.

a Carnes quando nõ comedi possunt in refectorio.

Cap. VIII. *De obseruatione ieiuniorum.*

MAGNA est vtilitas ieiuniorũ. Nam vt Ecclesia canit, Corporale ieiunium vitia comprimit, mẽtem eleuat, virtutem largitur & præmia. Id circo statuimus, quòd omnes collegæ & capellani ieiunent his diebus: quibus ab ecclesia ieiunium indictum est. Ieiunent etiam sexta feria ob reuerentiam passionis Dominicæ. Et prohibemus, [b] quòd diebus talibus in refectorio carnes non comedantur. Sero verò ad colationem sono campanellæ conueniant, vbi bibere moderate valeant. Quòd si alicui potus solus nocere creditur, permitti valeat modicus panis, licet secundum aliquos Theologos tractatores esus cibi, quo communiter ad nutrimentum vtimur ieiunium soluere dicatur. Hora autem colationis [c] sit hora cœnę, vel alia si Rectori & collegis mutãda videbitur.

b Carnes in refectorio comedi quando nõ possunt.

c In diebus ieiunij quahora fit colatio.

Cap. IX. *De infirmis curandis, mortuis sepeliendis.*

STATVIMVS etiam & ordinamus, quòd si contingat alicui in infirmitatẽ incidere tam collegialium quàm capellanorum & familiarium: si infirmitas grauis sit, intra triduum confiteri teneatur, & Sacramentum Eucharistię susċipere. Si verò grauetur infirmitas, vnus familiaris assignetur sibi: qui commode sibi valeat ministrare: & si pauper sit, [d] portionis duplum pro victu necessario tribuatur ei. Quod si adhuc adeò morbus increscat, vt de eius salute dubitetur, extra collegium ponatur in domo honesta, & eius curationi conuenienti adhibita sibi aliqua fœmina [e] honesta, quæ infirmitati assistat. Quòd si morbus fuetit contagiosus, vt puta pestilentiæ, vel alius similis: quam citius fieri potest, extra collegium ponatur, & ibidem, si pauper sit, omne necessarium ministretur. Si autem per tres [f] menses cõtinuos & vltra aliquem infirmari contigerit, detur infirmitati locus exeundi collegij, & patriam visitandi. Si verò quenquam collegarum vita fungi contingat (si pauper fuerit) expensis collegij sepe-

d Sed videtur corrigi per cap. 7. tom. 4. tanquã posterior sit, sed crederem quod illa intelligatur per istam, quia rubrica sub quã illa est posita, tẽdit ad aliud, maximè ex versic. ibi. etsi pauper sit geminatè positũ & ibi & ibi dẽ si pauper sit omnẽ necessariũ ministretur. & versic. vita fũgi. geminatio enim in iure multũ operatur. arg. l. 32. ff. ad Trebel.

e Nam vbi nõ est mulier ingemiscit æger Eccl. c. 36.

f Infirmans per tremestre quid faciendum.

sepeliatur in loco in quo ipse sepulturam elegerit. Quod si sepultura non electa mori contingat, sepeliatur in monasterio Diui Augustini, vel in parochia Bartholomæi Apostoli.

a Admittẽs de nocte extraneũ, priuatur collegio.

Cap. X. *Quod nullus extraneũ ad collegium inuitare, vel ad dormiendum admittere possit: exceptis in statuto contentis.*

b Quot personæ inuitari possũt & per quẽ.

STATVIMVS præterea & ordinamus, quòd nullus extraneus, qui nõ sit collegialis aut familiaris intra collegium pernoctet etiam si pater sit alicuius collegæ vel capellani. Admittẽs [a] aliquem ad dormiendum in collegio, ipso collegio priuatus sit. Nullus etiam extraneum aliquem ad prandium vel ad cœnã valeat inuitare, nisi pater sit alicuius collegæ vel capellani, aut frater: tunc autem per vnum tantum diem inuitare valeat, & pro tali conuiuio panis tãtum à collegio ei præstetur. Rector autem per annum honestas personas (quibus collegium debeat) ter aut quater ad prandium vocare valeat. Sic tamen, vt conuiuarũ numerus quaternarium numerum non excedat. [b] Huius statuti transgressores in conuiuijs tam Rector quàm cæteri per mensem sint portione mensæ priuati. Qui autem ex aliqua causa portione priuati [c] sunt, nihil à collegio habere debent nisi panem, cætera suis pecunijs comparent.

Priuati præter panem nihil habent.

d Arg. c. nõ liceat, ad fi. 23. dist.

e Id est veca, Græcè autem epomis appellatur, deriuatur q; à verbo Hebræo vabcar, id est, fragmẽtum panni: erat enim antiquitus tegumentũ capitis super humerale, quo vtebantur iuris periti & doctores legum, vt patet ex antiquissimis sepulchris.

Cap. XI. *De vestibus collegialium, capellanorum & familiarium.*

STATVIMVS præterea, quòd collegæ & capellani vestiãtur panno coloris punicei, quem vocant morado: cuius vlna aut vara sit pretij viginti denariorum vel regalium argenteorum. Familiares verò eiusdem coloris panno vestiantur pretij decem regalium argenteorum. Vestis verò collegialium & capellanorum esse debet clamis rotunda longa vsque talos [d] ex parte autem superiori vncinis adeò plicata, vt lateat linea vestis & omnia interiora. Habeant præter hoc collegæ & capellani caputium [e] simile illi, quo vtuntur sancti Bartholomæi collegæ: ex eodem panno & colore. Vestis autem quoniam pretiosa est: dabitur eisdem de biennio in bienniũ. [f] Si verò vestuario dato, aliquis collegium

f Quibus diebus debeant adesse vt vestes acquirant collegæ, vide mandatũ Dñi mei Epis. §. 1.

collegium ingrediatur collega [a] aut familiaris,& vsque ad tempus vestuarij duos menses dumtaxat restent, collega nouus in veste propria incedat vsque ad vestium dationem. Si verò vltra duos menses vestuarij tempus differatur:expensis proprijs veste emat alijs simile. Idem fiat de familiaribus. Doctores autē in Theologia & in iure diebus solēnibus poterūt(si velint) alio panno vel colore indui,& maxime quum concurrerint cum alijs doctoribus ad gradum doctoratus publice conferendum. Prohibemus præterea,quòd quum vestis noua datur, nullus [b] pannum sibi pro veste datum vendere audeat. Quod si fecerit,ea vice veste priuatus sit. Teneantur itaque omnes veste noua indui: veterem autem caputium seruare poterunt vel in aliam formam mutare.

[a] Quid de ingrediente de nouo vestuario iam dato collegialib⁹, vel familiaribus.

[b] Vestis noua debet indui, vetus non potest vendi.

Aliàs vetus

Cap. XII. *De candelis collegis præstandis.*

STATVIMVS præterea, quòd omnibus collegis, capellanis,& familiaribus candelæ pręstentur ad sufficientiam, quibus noctu legere valeant,quibus bona fide [c] vti debent,vt moderate expendant,neque alicui donent,aut vendant. Si quis autem candelas sibi traditas donare alicui extraneo, aut vendere inuentus fuerit,vt in eo puniatur,in quo deliquit [d] candelis sit priuatus quandiu in collegio manserit.

[c] Rebus collegij bona fide vtēdum.

[d] c. Ansit. de appellationibus.

Cap. XIII. *De subsidio collegis præstando cum licentiam doctoratus sunt publice suscepturi.*

ITEM volumus & statuimus, quòd collegis vel capellanis licentiam vel doctoratum suscepturis seruetur priuilegium in collegij fundatione concessum,videlicet quod priuilegijs omnibus fruantur:quæ collegis sancti Bartholomæi [e] Salmanticæ, & sanctæ Crucis,& sancti Gregorij Vallisoleti concessa sunt. Est autem inter eorum priuilegia vnū videlicet,quòd doctores aut magistri interessentes examini licentiaudi vel doctoratus collationi media parte cōtenti sint in propina eius, quā extra collegiū commorātes soluere cōsueuerūt. Idcirco statuimus & volumus,q; omni modo procurēt collegiales priuilegiū sibi seruari, neq; aliquo pacto violari patiantur. Quod regia manu & pontificis autoritate poterūt obtinere. Si vero doctores & magistri examinatores

[e] Graduati quibus priuilegijs gaudeant.

& graduum collatores contumaciter nolũt priuilegiũ [a] seruare, mandamus collegis, quod ipsi intra collegium gradũ accipiant per Rectorem, tunc in collegio præsidentem adhibitis secum tribus examinatoribus de collegio per Rectorem assignatis, facto primum riguroso examine. Si autem doctores vniuersitatis collegij priuilegium seruare voluerint: gradum accipiant collegæ in vniuersitate. Et in licentiatura iuuetur quilibet à collegio viginti aureis ducatis pro expensis gradus. In doctoratu autem vel in magisterio habeant ducatos quadraginta.

[a] *Vt supra in bulla versic. & ad quos. ũque gradus, & versic. & insuper.*

Cap. XIIII. *Quanto tempore collegæ in collegio manere debeant.*

VOLVMVS etiã & statuimus, q̃ collegiales, qui legitime recepti sunt in collegio, manere debeant per octo [b] annos integros. Quibus elapsis recedant in nomine Domini, hoc moderamine seruato, Quòd si durante octo annorum tempore, de mandato Rectoris & collegarum absens fuerit à collegio pro negotijs collegij in curia regia aut Romana, aut in cancellaria, aut alibi: tẽpus [c] quo sic absens fuerit, in octo annorum tempore connumerari non debeat, sed de octo annorum circulo detrahi. Item quòd si vltimo anno sui exitus in Rectorem vel consiliarium fuerit electus, maneat toto anno vsque & donec rationem reddat sui officij. Et quoniam visitator eligi consueuit in festo sancti Martini, perseueret vsque ad festum Natalis Christi, quo die finitur visitatio, tũc verò exire teneatur. Quod si recusauerit, & in exeundo contumax fuerit, Rector cum collegis sub pœna præstiti iuramenti ipsum expellere teneantur. Volumus etiam quòd semel collegialis [d] nunquàm iterum in collegã eligi valeat: saluo etiam eo, quod de cathedraticis perpetuis in collegio mansuris, vt statuendum duximus.

[b] *Secus in capellanis, quia perpetui sunt. capit. 9. to. 1.*

[c] *Tempus absentiæ p collegio nõ cõputatur in octo annis.*

[d] *Semel collegialis, iterum non potest eligi.*

Cap. XV. De licentia danda collegialibus se absentare volentibus.

QVONIAM morantibus in collegio negotia euenire solent sua vel suorum, & ad ea expedienda se volunt absentare: statuimus,

statuimus, vt nullꝰ collega vel capellanus se absentare valeat, nisi petita & obtenta licentia Rectoris & consiliariorum vel maioris partis ipsorum: quod si fecerit, collegio priuatus sit. [a] Tempus autem absentiæ detur ei secundum negotiorum exigentiam. Sed absentiæ tempus vno anno excedere non valeat quadrimestre. Annum autem incipere declaramus [b] à festo sancti Lucæ vsque ad alium eiusdem festi diem. Qui elapso tempore [c] quatuor mensium non venerit, sit ipso facto collegio priuatus: nisi apertissimis documentis probet se sine culpa ita fuisse infirmitate grauatum, quòd ei impossibile fuit iter ingredi, quod probare debet antequam quadrimestre fuerit completum. Si verò absentia fuerit propter collegij negotia, tanto tempore duret, quanto eiusdem collegij negotia exegerit. Sit autem [d] liber in archiuo collegij, in quo dies recessus se absentantis scribatur, & dies aduentus: quem diem Rector propria manu scribet eadem die qua recesserit.

a Collegialis petere debet licentiam se absentãdi, alioquin priuatur collegio.

b Annus incipit à S. Luca vsque ad aliũ eiusdem festi.

c Absentia non vltra quatuor menses.

d Sit liber absentiarũ.

Cap. XVI. Quod scholares teneantur lectiones audire, et compellantur, vel domi literis incumbere. [e]

e Hodie ante legere tenentur, vt per declarationẽ infra 15. Antonij Ramirez Epis. Segob.

QVONIAM euenire posset, quòd collega admissus vel ex segnicie vel superbia lectiones in scholis audire recusauerit, & in camera non studere: id circo statuimus, quòd talem pigrum literas non prosequentem Rector & consiliarij moneant, vt lectiones audiat, si opus est, vel in camera studeat, si iam adeò eruditus est, vt lectiones ei audire non sit necesse. Quod si non fecerit post trinam monitionem: visitatori denuntietur. Qui habita diligenti informatione ipsum de collegio exire compellat.

Cap. XVII. *De sermone latino et lectione humanitatis.*

CONSVEVERVNT scholarium plerique, & præsertim Iuristæ, sermone Hispano semper vti, & latinum aut cõtemnere, aut abhorrere. Ex quo id euenit: vt cùm contingat illos disputationi interesse edere barbarismos aut solecismos. Et sic (qui honorari maximè cupiunt) in risum audientes prouocant.

Si quandoque etiam ab Hispania discedendum illis sit, cum natiuus sermo sibi non suffragetur, & latinũ non nouerint, elingues omnino redduntur. Itaque fit, vt cùm apud Homines honorari curent, inhonorati quasi bestiæ reputentur. Quare statuimus, quod intra collegium latino [a] sermone omnes vtãtur, sed præcipue in mensa & in capella: quum de negotijs collegij deliberandum sit, & in disputationibus. Non seruantes per aliquem ad hoc à Rectore & consiliarijs deputatum duobus dipondijs aut moropetinis mulctentur pro qualibet vice, qua fuerint transgressores. Quas pœnas in fine mensis incusator ille Rectori pandat. Qui trãsgressores certificati de pœna intra duos dies accusatori tradant. Quas pecunias Rector in aliquod opus pium, aut collegij vtilitatem conuertat. Et vt hoc commodius fiat, hortamur omnes & præsertim iuristas, vt vel intra collegium vel in publicis scholis audiant aliquas lectiones humanitatis: turbat, inquit Hieronymus, [b] acumen ingenij, qui seculares libros legendos prohibet.

[a] *Infra col. legium sermone latino vtendũ.*

[b] *c. turbat. 37. dis.*

Cap. XVIII. *De verbo Dei per Theologos proponendo.*

INTER alia, quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei per maxime sibi noscitur esse necessarium. Quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur [c] & quòd non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Idcirco statuimus, quòd collegæ Theologi [d] exacto quadriennio suæ in collegio residentiæ nitantur (quantum in eis sit) verbum Domini fidelibus proponere, maxime hi quibus est litterarum sufficientia, & ad docendum conueniens pronunciatio. Ideoque per Rectorem moneantur, vt saltem ter in anno verbum Dei proponant, vel intra ciuitatem, vel si fieri non potest, in vicis & pagis eiusdem. Quod si moniti & legitime non impediti hoc facere distulerint, qua vice fuerint contumaces, per hebdomadam portione priuentur. Ante vero quàm in publicum [e] prodeant, coram [f] collegis in refectorio vel in capella periculum sui faciant. Quibus auditis per collegiales facultas prædicandi præbeatur, si idonei sint, vel denegetur, si videbitur quòd legitimè sint impediti.

[c] *Ca. inter, de offi. ordina.*

[d] *Theologi ter in anno prædicent.*

[e] *Prædicatores collegæ prius à collegio approbẽtur sic-uti & ad appositionẽ cathedræ, stat. 6. ann. 1543.*

[f] *Nota.*

Cap.

Cap. XIX. De exercitio inter ſcholaſticos faciendo.

QVONIAM, vt inquit Salomon, ſcientia abſcondita & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas [a] in vtriſq; ? Et non dubium eſt, quod ſicut ferrum ferro [b] acuitur, ſic literaria exercitatio & ingenia acuit, & memoriam iuuat, & doctrinam nutrit. Idcirco ſtatuimus & ordinamus, quod omni hebdomada bis fiant diſputationes [c] ſemel in Dominica & ſemel ea die, qua ceſſant lectiones ordinarię vel propter feſtum eccleſiæ, vel quod quinta feria vacatura à lectione. Hic autem modus ſeruabitur. Præcedente die finita cœna concluſio proponatur verbo vel ſcripto in craſtinũ diſcutienda. Die vero ſequenti per horam ante cœnam collegæ omnes conueniant in refectorio: & qui propoſuit concluſionem ſedeat in loco conſueto: propoſita concluſione vel facta breui oratione illius facultatis ſcholaſtici arguant à iuniori incipiẽdo: & poſtquàm is finierit, incipiat alter, qui poſt illum eſt antiquior. Et ſic vſque ad tertium vel quartum, donec mora vnius horę cõſumetur. Nuſquàm autem deſit Rector diſputationibus, vt eius præſentia arguentes honeſte & vrbane, ſe habeant. Et ſi quis contenderit verbis, per Rectorem coerceatur, & ſi adhuc inobediens fuerit & rebellis, pęna priuationis menſæ, vel alia quæ videbitur competens, per Rectorem imponatur. Abſente [d] vero vel infirmo Rectore, antiquior de conſiliarijs eius vices teneat. In feſtis vero Natalis Chriſti, & Reſurrectionis, & Pentecoſtes tribus diebus primis, non ſit diſputatio. Sed infra octauas ſuppleatur, ita vt ea hebdomada hora prædicta bis ad diſputationem conueniant.

a Eccleſ. c.5.

b Salomon Prouerb. c.27.

c Exercitiũ diſputationis intellectum acuit & veritas ſplẽdeſcit: capit.grauue 35.q.9.

d Abſente vel infirmo Rectore quis erit Rector.

TOMVS QVARTVS

Tractat de iuriſdictione Rectoris, & de electione œconomi, ac de viſitatore, & alijs prædictorum materiam tangentibus.

Cap. primum. De Rectoris iuriſdictione.

STATVIMVS & ordinamus, quòd ſi contingat inter collegas, capellanos & familiares contentionem eſſe: non alibi quàm coram Rectore cauſa tractetur, ſiue ciuilis ſit, ſiue criminalis, aut mixta. Qui

vero coram alio iudice collegam, capellanum, aut familiarẽ con-
[a] Non seruatur. uenerit, ipso facto collegio sit priuatus. Si verò extraneus [a] à collegio contra aliquem collegam, capellanum, vel seruitorem collegij causam mouerit: coram dicti collegij Rectore causa tractetur simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij, & nullus alius adiri possit, seu quomodolibet se intromittere: sed per Rectorem iustitia mediante terminetur, exceptis causa hæresis, crimine læsę Maiest. & falsæ monetæ: quæ per iudices cõpetentes à iure datos audiãtur & decidãtur. Si autẽ litigantiũ aliquis se à Rectore grauari senserit, ad consiliarios appellet: qui etiam simpliciter & de plano causam audiant, & auditam diffiniant. A consiliarijs verò ad nullum alium iudicem appellari valeat. Quicquid autem contra huius modi ordinem fieri contingat, irritũ sit, inane, nulliusque roboris vel momenti statuẽtes, quòd nullus iudicum quacunque etiam Apostolica auctoritate munitus (nisi in sua cõmissione de hoc statuto de verbo ad verbum mentionem fecerit) possit de prędictarum se causis, negotijs, vel rebus, vel de alijs quibuscunque prædictos tangentibus quomodolibet impedire. Decernimus irritum ipso facto, & inane quicquid in contrarium à quoquam intentatum vel factum fuerit. Quod auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte statuimus.

Cap. II. *De electione œconomi.*

[b] *Moderate teste Cicero. in paradoxis, non intelligunt homines quã magnũ vectigal sit parsimonia*

DECET domibus esse œconomum, qui redditus & prouentus domus recipiat, & quum oportuerit dispenset. [b] Idcirco statuimus, quòd facta Rectoris & consiliariorum electione, ipse Rector & consiliarij sic electi œconomum eligant: qui si in electione discordes fuerint, valeat electio maioris partis: si verò fuerint pares, ea pars prędualeat, vbi fuerit Rector. [c] Ad œconomum verò pertinebit [d] pecunias vndecunque venientes de redditibus collegij suscipere, & dispensatoribus ordinario & extraordinario dare. Qui quidem dispensatores in fine cuiuslibet mensis rationẽ dabunt œconomo de receptis & distributis, Rectore præsente, & rationem expensarum reddituum proprijs nominibus signabunt, ita vt in fine anni facile discerni valeat ad quam summam ordinarie & extraordinarie expensę accedunt. In principio autem [e] iurabit œconomus quòd bona & pecunias collegij fideli-

[c] Vox Rectoris prædualet.

[d] Œconomus habebit pecunias.

[e] Iurare debet œconomus.

ter

ter administrabit, neque in suos vsus conuertet, sed in eos, quos collegio necessarios aut vtiles esse intellexerit, neque alicui mutuabit: [a] poterit autem ex dispensatione decem ducatos aureos, si voluerit sibi mutuo accipere. Anno verò elapso & ratione reddita, nihil [b] omnino apud ipsum maneat, sed integre successori œconomo cum effectu tradat infra [c] octo dies redditæ rationis. Quod si non fecerit, toto tempore, quo fuerit in mora, à portione mensæ suspensus sit. Electus verò in œconomũ vno anno, sequenti eligi non valeat. Et idem fieri volumus in extraordinario dispẽsatore.

a œconomus nõ potest mutua re pecunias

b OEconomꝰ nihil penes se remaneat subpœna.

c Vide tot. 5. c. 15. & inf. c. 4.

Cap. III. *De electione dispensatoris ordinarij.*

ITEM statuimus, quòd præter dispensatorem victus quotidiani: qui est vnus de septem familiaribus, & per se ipsum [d] ea, quæ ad victum pertinent emit, sit de collegis vnus qui vocatur dispensator maior, eo modo eligendus quo œconomus eligetur. Est autem dispensatoris maioris officium, singulis noctibus vocato dispensatore minore ab eo computum exigere [e] quid ea die emptũ fuerit, & quanti & summam emptorum in fine colliget, & proprio nomine signabit: cuius computi in fine mensis rationẽ reddet Rectori & consiliarijs. Iurabit [f] autem in principio cuiuslibet Rectoriæ dispensator minor, quòd in emptione victualium se fidelem [g] & diligentem exhibebit, & quòd in pretio rerum venalium non fraudabit collegium, sed quanti constant, scribet in libro rationum. Dispensator similiter maior [h] iurabit, quòd in receptione computi à dispensatore minore recipiendi fidelis & diligens erit, quòd si fraudem in eo senserit, & non se emendauerit, Rectori de nunciabit, & Rector eundem monebit: & si monitus in suo errore pertinaciter perseuerauerit à collegio expellatur: si tamen fuerit conuictus de negligentia vel infidelitate.

d Familiaris per seipsum emat, electa est enim industria personæ aliàs facit cõtra cõstitutionem & iuramẽtũ, de quo 1. to. c. 3.

e Et taliter ordinare ne lõgitẽporis victũ breuis hora cõsumat, arg. c. cũ Apostolus. 6. de censibus, ex inordinata enim administratione crescit caristia. l. 1. C. de frumẽto vi b. const.

f Familiaris toties iurabit quoties officiũ dispensatoris minoris habebit, de fidelitate obseruãda.

g Arg. c. 6. §. tales ad agẽda officia deputentur qui fideles fuerint, & discreti de statu monachorum.

Cap. IIII. *De electione dispensatoris extraordinarij.*

PRÆTER expensas victus quotidiani consueuerunt esse in domibus expensæ extraordinariæ: vt putà vestium, litium, & aliorum domui expediẽtium. Idcirco statuimus, quòd in die sancti Lucæ eligatur dispensator extraordinarius. Erit autem huius dis-

h Dispẽsator maior quid iurare debeat.

dispensatoris officium expendere in his, quæ sunt domui conuenientia præter victum. Expendet autem collegij pecunias in his, quæ Rector expẽdi mandauerit, & præstabit iuramentum [a] fidelitatis, sicut & dispensator ordinarius, & quòd in proprios vsus pecunias collegij non cõsumet, nisi forsan quum indiguerit vsq; ad quinque ducatos aureos. Finito vero officio & eius ratione reddita, si quid apud eum pecuniarum manet, œconomo nouo tradet infra octo [b] dies. Quod si non fecerit, tandiu à portione sit priuatus & suspensus, donec realiter & cum effectu, quod debet soluerit. Iurabit etiam quod pecunias collegij non mutuabit, non enim [c] decet, vt collegij pecuniæ per manus multorum vagentur.

[a] Iurare debet in officio de fidelitate habẽda & de pecunijs nõ mutuandis.

[b] Idem supra. c. 2.

[c] Nota. d Et moderate, diuitiæ grãdes sunt homini viuere, parce inquit Lucianus libr. 5. & Chryso. de aduẽtu domini dit, quod parcitas salutismater.

Cap. V. *De electione Granarij.*

ELIGATVR præterea vnus, cuius curæ incumbat frumenti & hordei rationẽ [d] habere: per cuius manum pistrico frumentum distribuatur in collegio consumendum, iubeat etiam hordeum dari pro mulę sustentatione. Volumus quippe mulam in collegio semper existere, quę in rebus opportunis & collegio conuenientibus deseruire valeat: in qua mula Rector & alij collegæ de eius mandato valeant equitare, non tamen per vrbem, sed quum negotiorum necessitas extra progredi cogat. Equitantes autem caputio non vtantur, sed clamide dũtaxat. Is autem, sicut & cęteri rationem reddat frumenti & hordei receptorum finito officio. Et quod supereſt, successori in eodem ministerio tradat. Iurabit [e] autem, sicuti & cæteri, fidelitatem. Et vt opportuno tempore prouideatur domui, volumus, quòd mense septembri frumentum & hordeum [f] ematur: qui per totum annum vsque ad nouos fructus valeat sufficere, si collegium de proprijs possessionibus, vnde sibi prouidere valeat, non habeat. Quòd si habuerit in toto vel in parte de residuo in præfato mense prouideatur. Erit autem conueniens quod mense Octobri aut Nouembri mustum reponatur in penu, quod sufficere valeat vsque ad mensem Maij: illo autem consumpto vinum ematur potui collegarum conueuiens de vino Salmanticeñ. A vino [g] autem peregrino & pretioso se abstinebunt memores Salomonis [h] dicentis: Vinum

[d] Frumentũ debet emi, & quo tempore, aliàs pœna decẽ ducatorũ, rectori non faciẽti prouisiones ante finitũ annũ imponit̃ per statutũ 2. anno, de 1543. die 25. Iunij.

[e] Iurare debent oẽs habẽtes quodcunque officium de bene & fideliter gerẽdo, vt hic ibi, (sicut & cæteri) & supra. c. 4. et inf. c. 7. §. qui omnes.

[f] A quo vino abstinendum.

[g] Eccl. c. 19 Vinũ & mulieres apostatare faciũt sapientes.

facit

facit apoſtatare: quod in aromatico & pretioſo vino locum ſibi vendicare compertum eſt.

Cap. VI. *De poteſtate Rectoris et conſiliariorum.*

STATVIMVS præterea & concedimus Rectori & conſiliarijs, quod poſsint ſupplere defectum circa ſeruitia & negotia collegij quomodolibet emergentia, & ſingula facere & diſponere, quæ neceſsitati & vtilitati collegij cognouerit expedire. Prohibemus [a] autem Rectori & conſiliarijs, ne ipſi locare valeāt collegij poſſeſsiones aut redditus ſine conſenſu collegarum aut maioris partis ipſorum. Multo minus poſsint alienare aut permutare collegij bona, niſi concurrente vtilitate, ſeruato ordine iuris, ita vt præmiſſo tractatu alienationis trino contractus perficiatur. Si aliter factum fuerit irritum ſit & inane quicquid ſuper hoc fuerit attentatum.

[a] *Solus Rēctor nō potest locare poſseſsiones collegij*

Cap. VII. *De medico, notario, et procuratore.*

ITEM ſtatuimus & ordinamus, quod in collegio conducatur vnus medicus doctus in arte ſua & expertus etiam: qui mederi valeat & velit infirmis præter duos illos medicos, quos in collegio recipi ſupra ſtatuimus. Poterūt tamen medici collegiales medico ordinario iungi: cum quo de morbi qualitate & curatione ſimul tractent, & ſe inuicem iuuent. Infirmantibus autē dentur expenſis collegij cibaria & victus neceſſarius [b] iuxta conſilium medici vel medicorum. Sit præterea in collegio notarius deſignatus, coram quo contractus collegij conſcribantur, & celebrentur. Sit etiam procurator cauſarum collegij, qui, quum expedierit, coram iudicibus eccleſiaſtico vel ſęculari compareat, & collegij cauſas pro poſſe defendat. Qui omnes in ſuorum officiorum principio iurabunt, ſe bona fide infirmantium morbos, & inſtrumentorum editionem, ac cauſarum defenſionem curaturos. Dabuntur autem eiſdem ſalaria competentia ſecundum merita & conditiones perſonarū: quorum ſalariorum medietas in feſto Ioannis Baptiſtæ, alia verò in feſto Natalis Chriſti perſoluatur.

[b] *In cōtrārium videtur c. 9. to. 3. ſed iſta per illā debet intelligi.*

Cap. VIII. *De tonsore et lotrice.*

[a] Cap. 4. & 5. de vita & hon.

ET quoniam iure cautum est, [a] quod clerici nec comam nutriant nec barbam, idcirco statuimus, quòd in collegio sit vnus tonsor, cui incumbat singulis quindecim diebus tondere collegas, capellanos & familiares: qui vt prædictum est, barbam non nutriant etiam si alicuius consanguinei etiam fratris mors interuenerit. Coma autem adeò breuis sit, vt ad minus auriculæ [b] Nota. pars valeat apparere. [b] Sintque collegiales in hoc & alijs tantæ honestatis obseruatores, vt nullo modo de inhonestate notari valeant. Quod si quisquam non fecerit, & monitus à Rectore non se emendauerit, mensa priuetur per tres dies: & si etiam sit contumax & perseueret, crescente contumacia crescat numerus dierum priuationis suæ, statuentes quod in Natali [c] Christi, & in diebus sanctæ Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis virginis Mariæ omnes tondeantur. Habeat etiam collegium lotricem honestam fœminam, quæ vestes lineas collegarum, quæ iuxta corpus eorum sunt, singulis septimanis lauet. Detur autem tonsori & lotrici conueniens salarium siue in pecunia siue in frumẽto: in quo iusta retributio moderabitur.

Quo tempore tondeantur.

Cap. IX. De arca collegij.

[d] Nullus claui ger potest dare clauem sibi commissam Rectori, & se absentante substitutũ ponat vt per statutũ 3. an. 1567.

[e] Arg. l. finalis. D. de fi de instru.

STATVIMVS præterea & ordinamus, quod in sacristia collegij sit vna arca fortis, quæ quinque clauibus claudatur. Quarum vnam tenebit Rector, tres alias tres consiliarij: [d] quintam verò teneat antiquior [e] capellanus. In qua arca sit bulla fundationis collegij, & priuilegia tam reddituum collegij quam quæcunque alia apostolica & regalia, & quæcunque alia instrumenta emptionis. In omnibus autem tam priuilegijs quam alijs quibuscunque instrumentis à tergo ipsorum conuenientibus characteribus scriptum sit, quid talis scriptura contineat. Erunt autem scripturæ similes sibi inuicem iunctæ & in carta pergaminea inclusæ. Supra quam generaliter exprimatur, cuiusmodi sunt instrumenta, & scriptura introclusa. Sit præterea intra arcam grandem & spatiosam, alia arca breuis & modica, sed fortis, tribus clauibus munita: quarum vnam habeat

Rector,

Rector, secundam antiquior capellanus, tertiam verò consiliarius antiquior. In qua arca reponentur pecuniæ, si quæ sunt in collegio, vt tempore opportuno inde deducantur, vel pro collegij necessitatibus, vel pro alicuius possessionis emptione, vel pro censuum redemptione. Tenentes autem claues præfatas nõ [a] reuelent alicui collegij pecunias, illius Gregoriani memores: Deprædari inquit desiderat, qui publice in via thesaurum portat.

a Nota.

Cap. X. De custodia in conseruatione librorum et bibliothecæ.

STATVIMVS præterea & ordinamus, quod omnes libri, qui intra bibliothecam clauduntur tam à nobis dati, quã aliàs quomodocunque dominio collegij accedẽtes sint in bibliotheca hoc modo: Ponantur in banquis, & ligati catenis & annulis ferreis per annulos includantur intra virgam ferream: in fine vero virgæ ferreæ per annulum illius includatur ferreus vectis, & claue claudatur, ita quòd nullo modo inde valeat extrahi, neque liber aliquis à virga ferrea dimoueri. Claues autem prædictarum bancarum ponantur in arca communi, de qua supra dictum est. Nullus [b] autem liber bibliothecę assignatus inde extrahatur: nisi vt aptetur & ligetur, ex nulla etiam causa alicui commodetur etiam quantumcunque vrgenti. Qui furatus fuerit librum in bibliotheca constitutum: si fuerit extraneus: furti arguatur coram competenti iudice, & debita pęna puniatur. Si autem fuerit collega, qui furatus est, pro prima vice portionem mensæ per annũ amittat, pro secunda verò collegio sit priuatus. Vt autem in quærendis libris facilius, quod quęritur, inueniatur: omnes libri sacrę Theologiæ, Artium, & Medicinę erunt ad dexteram partem bibliothecæ, libri verò Iuris Canonici & Ciuilis ad sinistram: ita vt respondeat dextra pars bibliothecæ dextræ altaris, & sinistra sinistræ. Et vt facilius, quod quęritur, inueniatur, à latere cuiusquam bãquæ ad murũ erit carta pergaminea tabulę affixa, in qua scripti sint omnes libri in eadem banqua contenti. Et si intra aliquem codicem plura fuerint opuscula diuersa, etiam in dicta tabella seriatim & particulatim scribantur.

b *Libri bibliothecæ nullo casu commodentur neque extrahantur.*

Cap. XI. *Quid agendum sit crescentibus vel decrescentibus collegij redditibus.*

ITEM quia tanta est rerum varietas, vt quæ magna sunt, ruãt, & quæ parua sunt, maiora proueniant: idcirco statuimus & ordinamus, quòd si redditus collegij excreuerint, ita vt refectis expensis ordinarijs atque extraordinarijs aliquid excreuerit, residuum ponatur intra arcam: quam diximus paruam in arca maiori incluſam: vt opportuno tempore vel inde aliquid ematur collegio conueniens. Cuiusmodi sunt collegio [a] domus appropinquantes, vel aliæ possessiones possessionibus collegij contiguæ. Sed hic numerus pecuniarum non excedat summam trium millium ducatorum. Quod si excesserit, & collegialibus visum fuerit non imminere aliquam tam grauem necessitatem, ad cuius supplementum nec illa summa sufficeret, tunc semel in Natali Christi, & iterum in festo Resurrectionis distribuantur eleemosynæ [b] per pauperes scholares Salmanticæ studentes per modum & mensuram, quæ videbitur collegis iuxta quantitatem eleemosynæ, & pauperum conditionẽ. Si [c] vero, quod absit, redditus collegij adeò decreuerint, quod sufficere non valeant ad supplẽdas ordinarias & extraordinarias expensas, tunc prudenter & caute expensæ minuantur, primò extraordinarię, [d] secundò ordinarię, sine defectus reuelatione status collegij integer maneat. Quòd si adhuc penuria semper excreuerit, vacantium præbendarum electio ad tempus differatur, donec rẽditus iterum ad pristinũ statum redeant, taliter quòd collegij status integer perseueret.

[a] *Quod debẽt emi, domus appropinquantes collegio.*

[b] *Eleemosynæ quando fieri possint. Idẽ videtur etiã colligi ex Lucæ. c. 11. quod superest, date eleemosynã, aliàs secus, quia de rebus alienis nõ licite facit quis eleemosynã. c. nõ est. 1. q. 1. ex Tho. 2. 2. q. 32. artic. 5.*

[c] *Quid agẽdum si fructus decrescant.*

[d] *Quia iuxta facultates faciendi sunt sumptus. c. sopite, in fine. c. super de cẽsibus. crescit ergo patrimonium, eius qui ordinatè viuit argum l. 2. ff. vbi pupillus educari debeat.*

Cap. XII. *De Visitatore.*

NON dubiũ est, quin visitatio magnam afferat vtilitatẽ [e] visitatis locis: propter quod iura frequenter tam in ecclesijs, quam alibi visitationes & fieri & frequentari iubent. Ideoque statuimus, vt singulis annis visitatio collegij fiat: & incipiatur à festo sancti Martini de mense Nouembris, & finiatur in vigilia Natiuitatis. Licet autem apud nos de futuro visitatore multum tractauerimus: visum tamen nobis est, quòd visitatio non personæ singu-

[e] *Ex Trid. de refor. c. 3. §. visitationũ autẽ, sess. 24.*

ſingulari,ſed collegio committẽda eſt,tum quòd ſingulares perſonę cedunt atque decedunt:collegia verò perſeuerant, tũ quòd ſingulares perſonæ ſolent aliquando in agendis paſsione à recto dimoueri:in collegia verò paſsio non cadit. Conſiderantes autẽ, quod in eccleſia cathedrali ſunt viri,& eſſe conſueuerunt prouidi,& in litteris eruditi,& ad rem,de qua quæritur, non parũ idonei:decreuimus rogare & obſecrare reuerendos & circumſpectos Dominos Decanum & Capitulum eccleſiæ Salmantiñ. vt velint &dignum ducant de gremio ſuo in die ſancti Martini prędicti viſitatorem eligere dignitatem aut canonicum [a] illius eccleſiæ. Qui ſic electus ad collegium vadat,& ſe viſitatorem fuiſſe electum inſinuet breui cedula capituli hoc atteſtante. Quo cognito collegiales eundem reuerenter excipiant,& ſe eſſe paratos, vt viſitentur profiteãtur. Viſitator autem antequam ad viſitationem admittatur,publicè [b] iurabit tacto ſigno crucis,& ſanctis euangelijs,quòd in viſitatione vtilitatem & honorem [c] collegij,quãtum in eo fuerit procurabit,& collegium & collegas propoſſe reformabit,& quod in viſitatione, nec odio, nec amore,nec pretio, nec prece à recto deuiabit. *Et quod ſecreta collegij, et in viſitatione contenta in perpetuum non reuelabit.* Præſtito autem iuramento collegiales congregari mandabit,& ſic ad executionem ſuæ viſitationis procedet. Is autem qui vno anno fuerit viſitator:infra bienium in viſitatorem elegi non valeat.

[a] *Debet eſſe eiuſdem qualitatis & ætatis, ſicut collegiales ex ſtatuto anno 1553. in 10. die Nouẽb. Rectore Andrea Lopez, & anno 1554. in. 15. die Nouemb. rectore Ioãne Illeſõſo.*

[b] *Quid iurare debeat viſitator.*

[c] *Vnde ſecretè & propria manu ſcripta debet eſſe viſitatio, aliàs non valet, quia nõ ſeruat honor, ſi ſic detegitur honor collegarum & collegij.*

Cap. XIII. *De poteſtate viſitatoris.*

VISITATOR autem præmiſſo iuramento & receptione ſua ad viſitationem procedat. Et primo quidem perſonas viſitabit,& de eis inquiret:vtrum ſeruent conſtitutiones & ſtatuta per nos edita,& ſi in aliquo eos vel eorum aliquem deliquiſſe reperiet,puniat arbitrio ſuo:vbi cõſtitutio [d] pœnam nõ impoſuerit. Inquirat prętera de moribus collegarum & actibus eorum,quę geſſerunt tam in collegio quàm extra : principaliter tamen de duobus curam habeat,videlicet de moribus & litteratura, poſtea vero de bonis inquirat quæ ſunt & quem ſtatum teneant, & vbi viderit expedire quę lapſa ſunt,reędificari mandet:quę locata nõ

[d] *Viſitator pœnam conſtitutionis, alias ad arbitrium imponat.*

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Episcopo Casertañ. Salut. et apostolicam benedictionem significarunt* nobis dilecti filij Rector, & scolares Collegiales nuncupati collegij scholariũ sancti Iacobi de Cuenca nuncupati in vniuersitate studij Salmantini, per bonæ memoriæ Didacum Ramirez Episcopũ Concheñ. dum in humanis ageret fundati, Quod nonnulli iniquitatis filij diuersorũ status gradus ordinis, et conditionis et dignitatis existentes quos prorsus ignorant census, fructus, redditus prouentus terras, domos, possessiones, vineas, ortos, cãpos, prata, pascua, nemora, siluas, arbores, arborũ fructus, vini, bladi, frumenti, ordei, auenæ, lini, lanæ, siliginis, auri, argenti, monetati, et non monetati quantitates vasa argentea ænea, stannea, cuprea, ferrea, pannos lineos, laneos, sericeos, vestes, iocalia, annulos, lapides pretiosos, lectos linteamina, mappas, manutergia, et alia domorũ vtẽsilia, equos, oues, vaccas, et alia animalia libros rationũ cõtractus, instrumẽta, obligationes, cedulas quitãtias, testamẽta, scripturas publicas et priuatas, ptochola et alia documẽta debita credita legata mutua, deposita, iura, iurisdictiones pecuniarũ summas ac alia diuersorũ generis, et qualitatis bona mobilia et immobilia in diuersis ciuitatibus terris, oppidis, castris, villis et locis existẽtia et cõsistẽtia ac etiã per dictum Didacũ Episcopũ dicto Collegio relicta seu dum in humanis ageret concessa et ad dictũ collegiũ propterea, vel aliàs quomodolibet legitime spectãtia, et pertinẽtia temere et malitiose occultare, et occulte detinere præsumũt nõ curãtes ea præfatis significãtibus exhibere in animarũ suarũ periculũ, et dictorũ significatiũ nõ modicũ detrimẽtũ, super quo dicti significãtes apostolicæ sedis remediũ implorarunt. Quo circa fraternitati tuæ per apostolica scripta mãdamus quatenus omnes huiusmodi censuũ, fructuũ litterarũ, scripturarũ, pecuniarũ sumarũ, et aliorũ bonorũ prædictorũ detẽtores occultos ex parte nostra publice in ecclesijs corã populo per te vel aliũ seu alios moneas, vt infra cõpetentẽ terminũ quẽ eis præfixeris ea præfatis significãtibus à se debita restituãt, et reuelẽt ac de dannis, et iacturis debite satisfaciãt. Et si id nõ adimpleuerint infra aliũ cõpetẽtẽ terminũ quẽ eis ad hoc duxeris præfigẽdum ex tunc in eos generalẽ excõmunicationis sentẽtiã proferas et eam facias vbi, et quãdo expedire videris, vsque ad satisfactionẽ cõdignã solẽniter publicari. Data Romæ apud Sanctũ Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, Kalendis Februarij Pontificatus nostri Anno septimo.

FINIS.

*Solet enim cãcelaria apostolica concedere huiusmodi rescriptũ sub forma: significauit: q̃ vulgares paulinãappellant, eo quod Calixtus. 1. Pontifex, primum eo vsus est, & frequentatũ est à Paulo. II. Ponti. Romano, & cæteris pro omni restitutione secreto facienda, seu satisfactione super quacũque iniuria illata etiam infamia verbali, facti vel scripturæ vt in. c. quod dicam. 14. q. 4. & in. c. quidam. 5. q. 1. & toto tit. ff. ad legẽ aquiliã, lex. 1. §. iniuriam & lex itẽ. §. ait prætor. ff. de iniurijs, & c. ex merito, & cap. sunt plurimi & c. deteriores. 6. q. 1. vt notat glo. in. c. si quis contristatus. 90. dist. notaturque in. c. de occidendis. 23. q. 5, &. 45. distinct. & datur prædictũ rescriptũ pro damnis, ratione iniuriæ patri pro filio, dummodo sit in potestate, & viro, vel spõso pro vxore, aut pro sponsa, non autẽ hoc casu dabitur è contra, daturque etiã hæredi propter danna illata defuncto ex. §. patitur instituta de iniurijs, notant Doctores in. c. olim, &. c. 1. de iniurijs, nouissimè tamen propter abusum officialium Episcoporũ, pro furtis non nisi ex causa magna per Episcopũ examinanda possunt concedi ex Triden. sessio. 25. cap. 3. quod vulgus processus de rebus appellabant, quæ an valeret erat dubium propter c. Romana. §. caueant desenten. excom. in. 6. lata tamen valet argum. c. 21. eodem tit. in anti. vbi Hostiensis versi. cum in diœcesi. practicam ponit. Quid autem si iniuriatus, seu damnificatus reniteretur recipere moderatam satisfactionem, & rationabilẽ? Videndus est Hostiensis in summa num. 62. de pœnitentijs. Quid autẽ si iniuria sit facta clerico suo, an possit dari Episcopo præfatum rescriptum? licet nũquam viderim, crederem, posset etiam si esset dissimulata per clericum ex. §. c. parochianos de sent. excom. notatur in. c. si diligenti de foro competenti.

SEXTVS ET NOVVS TOMVS.

VONIAM secundum fragilitatem humanam, nulla lege quãtuncumque perfecta, potest circa omnes casus futuros prouideri, et semper sit necessaria noua legum editio, tã circa bona, rectè gubernanda, quàm circa alia determinata per Illustrissimum Dominum fundatorem nostrum, operæprecium duximus, statuta per nostros collegas edita, & sparsa, in hunc sextum tomum redigere, necnon omnia alia necessaria, ad collegium spectantia hic inserere: instar Bonifacij octaui qui sextum librum decretalium, ad supplendum dispositiones decretalium antiquorum, suum volumen composuit in quo sub libro. 6. disposita in quinque libros decretalium Gregorij noni declarauit, suppleuitque, et hoc nimirum quoniam vt summus Pontifex Innocentius. VIII. inquit, q̃ non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta, & ordinationes quandoque varientur humanæ. Quoniam ipse Deus ex ijs, quæ in veteri testamento, statuerat nonnulla mutauit in nouo, ideo per ordinem, & tempora posuimus statuta, vt iuxta verbum psalmistæ, de virtutẽ in virtute ambulemus. Psal. 83.

SAlmanticæ Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio die vigeſimo quinto menſis Iunij, Rector & collegæ, videlicet, Didacus Ximenez Maldonado Rector, Licentiatus Ioannes Zapata de Cardenas, Ferdinandus Ruyz de Villegas, Franciſcus Hernandez, Ferdinandus de Hugarte: in collegij capella, ſono campanellæ, (ſecundum morem) vocati ſequentia ſtatuta ordinauerunt & iurauerunt, ſibi, & alijs inpoſterum obſeruanda.

I. *Quodiocalia non commodentur.*

Primum ſtatuimus & ordinamus, quod iocalia omnia capellæ (vt eorum vtilitati conſulatur) extra collegium (etiam ſi omniũ patrum conſenſus interueniat) commodentur nemini, nec Rector, nec collegarum aliquis (ſub pœna decem florenorum) proponere hoc audeat in capella.

I I. Rector ante finitum officium faciat prouiſiones.

Item ſtatuimus, quod Rector, ante Rectoratus finitum officiũ, prouiſionẽ tritici, vini, carbonis ſebi, & aliarum rerum tẽpore congruo (pœna decem florenorum non facienti imponenda) facere & domi reponere, teneatur, quam pœnã primus ſucceſſor, à feſto lucæ vſque in diem epiphaniæ, ſi non exequatur teneatur in duplum.

III. *Collegæ quod incedant bini & bini.*

Item quia aliter & honeſtati, & autoritati collegij & collegarũ detrahitur, ſtatuimus non aliter, (niſi parochialem eccleſiã, aut ſcholas, diuumve Auguſtinum adeuntes,) quam bini & bini incedant collegæ: poterunt vero nec bini equitare ciuitatem per ambulantes, & ſi publicum officium alicui collegarum obtineri cõtigerit, vel ſi maluerit etiam cũ iuniori collega matricẽ Eccleſiam, vel iudiciorum locum, vel alium quemlibet de licencia Rectoris adire alias priuationem decem dierum à portione menſe frangens ſentiat, & ad locum iudicij ſi maluerit equitando vacat dum tamen ex equo, vel nulla nullibi deſcendat.

Limita in feſtiuitatibus principalibus parochis & monaſterij vbi multitudo populi congregatur.

IIII. *Nullus prande at extra collexium.*

Item ſtatuimus, quod collegarum nullus, nec ipſe ſolus nec cum alio aſſociatus, extra collegium, intra vrbis confinia, aut prãdeat, aut cœnet inuitatus, niſi in monaſterio aut in prẽlati alicuius domo, petita Rectoris & obtenta licentia, qui contrarium prẽſumpſerint à portione menſæ per duos menſes priuentur.

V. *Non detur licentia abſentanti ſine fidei iuſſione.*

Item, ne domus (debitis non ſolutis) detrimentũ patiatur ſtatuimus, quod ſi collegam aliquem extra ciuitatem iter arripere Rector ſciat eidem licentiam non prius impartiatur quam præſtita fideiuſſoria cautione, quale quale debitum exiſtat, contra ſi Rector fecerit, pro quantitate debiti teneatur, nec verum debitorem etiã præſtando liberetur, & die diui Iacobi omnes ſoluere aut

pignora

pignora de ponere teneantur ſub pæna priuatione collegij.

VI. *Quod nullus poſsit eſſe opoſitor cathedræ ante capellæ nominationem.*

Item & honori & concordiæ collegarum conſulere volentes, ſtatuymus, quod cathedra vacãte aliqua, ſi collegę plures ſimul eius oppoſitionem prætendant, Rector & collegæ vel eorum maior pars ſufficientiorem eligant oppoſitorem cui alij fauorem præſtent & ſuffragia: ſi vero vnus tantum exiſtat, non poſsit oppoſitionem exequi antequam oppoſitor nominetur ab eiſdem. Vide. c. 19. tomus. 3.

VII. *Antiquior poteſt obtare informationem ad mitendorum.*

Item, quia congruum & rationabile eſt, vt in aliquibus honor collegij deferatur antiquioribus, ſtatuimus quod collegarum antiquior (antiquiorem appellamus habentem priorem vocem in capella) quamlibet admittendorum informationem poſsit ſibi eligere faciendam, niſi aliter duobus ex tribus collegij partibus viſum fuerit.

VIII. *Quod ſemel contra dictum eſt amplius non proponendum.*

Item, quia ſine cauſa variatio iure reprobatur, ſtatuimus quod ſi aliquid gratiæ ſemel propoſitum contradicatur in capella, iterum proponatur nunquam, niſi velit, qui propoſuerit à portione menſe triginta dierum priuationem incurrere.

IX. *Quod expenſæ informationum ante receptionem collegarum percipiantur.*

Item ſtatuimus quod Rector ante collegarum vel capellanorum receptionem ſub iuramento, informationum expenſas omnes vel ab eiſdẽ percipiat vel pro eis pignoribus auri vel argenti incumbat: aliterenim ſciat ſe in ſolidum ſoluturum, nec verò preſtito debitore liberari quæ pignora intra duos menſes nouiter recepti teneantur liberare vel ſoluere alioquin, ſuffragio capellæ interim priuẽtur & votum, aut eius vox facta pronihilo habeatur.

X. De viſitatione quolibet anno facienda in locum de Silleros.

Item quia ratione & experientia vtile & neceſſarium eſſe compertum eſt ſtatuimus, quod quolibet anno Septembri vel Octobri, duo ex collegis nominentur, ex antiquioribus alter, alter vero Iunior ſit, qui ambo oppidi medietatē de Silleros, adeant & viſitent, fundos perambulantes omnes, ſint ne ijdem poſſeſſionum limites loco, longitudine, ac latitudine inſpecientes, mutatoſque flectant, atque ſi neceſſarium fuerit quaternis lapidibus ſignent, qua antiquus limes collegij prædia ab alijs diſtincta demonſtrabunt: de quibus omnibus fidem collegio faciant redeuntes, ſemper dum fieri poſsit eligatur collega Iunior huiuſmodi rei inſcius, vt omnibus in poſterum pateat.

XI. Aſſignaito camerarum capellanorum.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod in parte theatri læua poſt lapides ſcalę aſcenſum, duæ cameræ in ordine primæ ſint perpetuis temporibus capellanis aſsignatæ, ſublata omino aliarum camerarum optione. In quorum omnium confirmationem dictus Rector, & prędicti collegę omnia dicta ſtatuta ſolenniter iurauerunt ſe obſeruaturos, facturosque ab alijs obſeruari, & in huius fidem propijs nominibns ſignauerunt.

Diego Ximenez Maldonado Rector.

Fernan Ruyz de Villegas Prior de Couarruuias.

Franciſcus Ferdinandus.

Licentiatus Zapata.

Ferdinandus de Huarte.

SAlmanticæ anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, die decimo ſeptimo Ianuarij menſis, Rector & collegę, videlicet, Didacus de Eſpinoſa Rector, Licentiatus Ioannes Zapata de Cardenas, Franciſcus Ferdinandez, Ferdinandus de Huarte, Franciſcus Brizeño, Tellus de Aguilar, Didacus de Trillo, Magiſter Stephanus de Muro in collegi capella ſono cāpanellę ſecundum morem vocati ſtatutum ſequens ordinauerunt, & iurauerunt ſibi & alijs in poſterum obſeruandum.

XII.

XII. *De cubiculis non ornandis.*

Cum de intentione fundatoris sit pauperibus subuenire, vt collegij statuta demonstrant, & cum ad philosophandum semper obstitere diuitiæ, præcipue, quòd non in pompa seu apparatu collegarum studium, sed in labore, & solertia consistat, Statuimus & ordinamus, vt nullus collegarum, capellanorum, seu familiarium tam existentiũ, quàm admittendorum in cubiculo seu cameris peristromatibus, vel aulæis parietes ornare valeat, nec aliquid quidquam ornatus causa suspẽdere: quod etiam in cortinis seu pauimento lecti locum vendicet, taliter, quòd sola culcitra, vel pãno lectum cooperiatur: si ianuarum velis vti voluerint possint ex panno puniceo, quo collegiales vestiuntur, antepuertas (vt ita dicam) facere, mensa quaque in camera existentes aliqua supellectile, coopertas libere liceat. Contra venientes vero vltra periurij reatum quem senouerint incursuros per mensem à portione mensæ priuentur, crescente vero contumacia Rectoris arbitrio donec desistant puniantur.

*Didacus de Espinosa Rector.	*El Licentiado Zapata.*	*F. Hernandez, Delieuana.*		
Huart.	*Francisco Briceño.*	*Tello de Aguilar.*	*Diego de Trillo.*	*El Maestro Mur.*

*Qui postea præses supremi consilij Cardi. & Episcopus Seguntinus, effectus fuit atque Inquisitor generalis. Obijt die 5. men. Septembris Anno 1572. hora. 11. ante meridiẽ.

XIII. *Absens non nisi petita et obtenta licentia ex collegio vadat.*

Nullus collega, vel capellanus se absentet, nisi personaliter per se ipsum vel collegam à Rectore & consiliarijs, vel maiori parte ipsorum licentiam petat & obtineat, & quousque concedatur iter non arripiat: possit tamen interposito collega, vel capellano, & non alio licentiam petere, sed tunc prius ei constare debet quod licentia est petita & obtenta, quàm iter arripiat sub pæna quam ponit constitutio decimaquinta, tertij tomi. Quam pœnam incurrat etiam rector si prædicto modo licentiam non petierit, & obtinuerit à consiliarijs, quorum consiliariorum aliquo deficiente, vel si aliqua causa notoria ab eo peti non potuerit, ab vno ex

duobus antiquioribus collegis petatur & obtineatur modo prædicto, alias autẽ nulla, inanis, & irrita ſit licẽtia, & dies, quo ſe abſentat collega manu Rectoris ſcribatur: dies verò, quo redit, manu redeuntis, quæ paulo inferius Rector ſubſcribat.

XIIII. *Vota ſecrete dentur.*

Circa approbandas informationes prætendentium eſſe collegas capellanos, vel familiares, & circa alia tangentia perſonas in collegio exiſtentes ſemper ſuffragium præſtent omnes ſecretè per ſchedulas & cui ſuffragium dederit nullus reuelet, antequam omnes ſuffragium immiſerint, ſi quis ante id reuelauerit pœna vnius aurei, vel Rector aliter ſuffragia permiſerit, pœna decem aureorum teneatur, pro qualibet vice, operibus domus vtraque applicanda.

XV. *Tempus abſentiæ familiarium.*

Nullus familiaris ſe abſentet, niſi per duos menſes continuos, vel interpollatos, quolibet anno, petita & obtenta licentia à Rectore: ex cauſa vero vrgente prolixius tempus concedatur de cõſenſu maioris partis capellæ, non alias.

¶ Hodie autem ſi abſentia ex iuſta cauſa ſit prorogata, & familiaris intra tempus prorogatum ad collegiũ nõ redeat, tunc ipſo facto ſunt excluſi abſque aliqua declaratione per collegium facienda, vt cõſtat ex determinatione collegij die. 24. Feb. anno. 1574. Vt habetur in lib. determinationum collegij pag. 55. Hoc caſu videnda eſt alia determinatio facta. 25. die Feb. 1574. Vbi per omnes fuit iurata pag. 55.

XVI. *Officiales collegij qualiter ſint repellendi vel recipiendi.*

Rector ſolus interiores vel exteriores domus officiales vel aliquem ex eis poſthac nec ſuſcipiat, nec expellat, niſi de conſilio conſiliariorum & duorum antiquiorum. Et ſemper quoties aliqua perſona recipienda erit quæ patrimonium & bona collegij, & tractare vel recipere debeat Rector intra tres dies ab eo fideiuſſores idoneos extorqueat, ſub pœna damni collegio & collegis obuenientis ob id quod prędictã fideiuſsionẽ nõ acceperit.

El Licenciado don Iuan Pacheco Rector. *El Licen. Tello de Aguilar.* *El Maeſtro. Eſteuan de Mur.*

El Licenciado don Sebaſtian de Ribera. *El Licenciado Valentia.* *El Licenciado Pedro Ramirez.* *El Licenciado G. de Solorçano.*

M. Iuan Alonſo. *El Licen. Andres Lopez.* *Bartolome Cabrio.*

XVII.

XVII. *Qua pœna puniantur opponentes se ad alia collegia.*

Statuimus præterea & ordinamus in posterum quod si aliquis collega, vel capellanus, vel familiaris in collegio demorantium aliquando ad aliud collegium se opposuerit vel collegio dimisso publice, vel occulte quauis causa commotus habitum collegij ignominiose dimiserit, pro tam graui iniuria collegio illata & manifesta ingratitudine pœnam expulsionis à collegio ipso facto incurrat, & Rector de consilio capellæ illum expellat contumelioſè per ianuam falsam coram omnibus media luce, & pro quolibet anno, quo in collegio habitauerit quouis istorum casuum soluat ratione interesse triginta millia teruntiorum & vlterius nomine pœnæ centum millia teruntiorum applicandorum operibus collegij. Factum est anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, decima quarta die Martij.

El Licenciado Tello de Aguilar Vicerector. *El Licenciado Alonso Muñoz.* *El Licenciado Alonso de Valencia.*

El Licenciado P. Ramirez. *El Maestro de Solorçano.* *El Maestro Iuan Alonso.*

El Licenciado An. Lopez. *Bartolome Cabrio.*

Salmanticæ Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, die decima sexta Februarij Rector & collegæ, videlicet, licentiatus Alfonsus Muñozius Rector, licentiatus dominus Ioannes Pacheco, licentiatus Tello de Aguilar, Magister Mur, licentiatus dominus Sebastianus de Ribera, licentiatus Valentia, Petrus Ramirez, Magister Solorçanus, Magister Ioannes Alfonsus in collegij capella sono campanellę, secundum morem vocati, sequentia statuta ordinauerunt, & iurarunt sibi & alijs in posterum obseruanda.

XVIII. *Nullus sine Rectoris licentia ædificet, et ea, quæ in cubiculo fuerint posita non extrahantur.*

Statuimus & ordinamus, vt nullus collega modo in collegio habitantium vel posthac futurorum in camera aliquod opus facere præsumat, sine expressa super hoc Rectoris licentia. Et si aliquis fenestræ minori apposuerit vitreum, vel maiori linteum, vel tabulatum aliquod construi iusserit, etiamsi volũtarium nedum necessarium: nullo modo in aliam cameram collegij sibi optatã trãsferre permittimus, nec extra collegium alicui donare vel pretio alienare valeat. Quòd siquis contrafecerit proprijs collegæ expensis aliud opus simile in alterius locũ Rector ædificare præcipiat & careat portione mensæ per decem dies. Si tamen in camera, in quam habitaturus ingreditur inueneritũ vitre, linteum, vel tabulatum vt camerę sint decenti supellectile ornatæ proprijs expensis damnum resarciens reficere teneatur: in quo propriam Rectoris cõscientiam oneramus, vt in collegę accessu & recessu per se, vel per fide dignum collegam prædictam cameram inuisere teneatur, sub pęna priuationis mensę per decem dies, in quam in foro conscientię incurrat, si negligens fuerit, circa supradicta.

XIX *Collega moriens ad quid teneatur.*

Statuimus pręterea & ordinamus, quod si aliquis collega è vita decedat condito testamento, teneatur aliquid nomine legati, vel fideicõmissi relinquere collegio, etsi ab intestato decesserit, vel condito testamento, nulla tamen facta mentione de nostro collegio, ex bonis ipsius censeãtur relicti decẽ aurei ducati: in cuius rei aliqualem satisfactionem, & quia volumus, vt collegę sint grati & maxima charitate in finem se diligant, teneãtur omnes cõgregati in capella die sequenti postquam certi fuerint de collegę obitu recitare integrum defunctorum officiũ [a] vt Dominus fratris nostri misereatur, & statim sequenti die audire missam defunctorũ, quę proprijs collegij expensis celebrabitur: quam missam audire teneantur, propter missam & recitationem officij quotidiani, nam hoc per constitutionem exoluere debemus, sub pœna priuationis mensę per octo dies, quam pœnam sibi & alijs imponere teneatur Rector in foro conscientię.

Officiũ fiat pro collegis defunctis.

XX. *De electione œconomi et de eius officio.*

Statuimus prætera & ordinamus in futurum quod rector

electus & cõsiliarij eligant œconomum, vt prȩcipit constitutio secunda 4. tomi. qui realiter exerceat suum officium prout eadẽ cõstitutio disponit. Teneatur etiã in se recipere omnes reddi tus, prouentus & debita collegij petere, & hoc idẽ scribatur in libro, qui est in arca collegij, & anno finito reddat rationẽ acce pti & expensi prout ordinat constitutio 2.4. tomi. & 15.5. tomi. Quod si negligentes fuerint Rector & consiliarij in electione œconomi & aliquis illorum ei contradixerint aut acceperit aliquas pecunias domus & intra diem non reddiderit iuxta cõstitutionem 16.5. tomi vltra pœnam in constitutione contentam incurrãt omnes & quilibet eorum per se ipso iure pœnam viginti aureorum, quos teneantur præstare domui in foro conscientiæ.

XXI. *Quod empta scribantur, à dispensatore et à recipiente.*

Item statuimus & ordinamus, quod œconomus non emat vi num, nec carbonem, nec ligna in vtilitatem domus, nisi dispensator minor, qui scribat in libro sumptus ordinarij vinum, carbonem & ligna quæ emerit & in eodem libro subscribat apothecarius vini amphoras quas receperit, & similiter coquus carbonis & lignorum pondera subscribat. Quod si dispensator minor non attulerit summam vini, carbonis aut lignorum subscriptam ab apothecario vel coquo vt dictum est, dispẽsator maior non accipiet, nec suo nomine signabit talem summam: si vero oppositum fecerit proprijs eius sumptibus emptum sit, nec admittatur incomputatione.

XXII. *Optans informationem à capella approbetur: & de salario.*

Item statuimus & ordinamus quod postquam aliquis collega secundũ suam antiquitatem optauerit iter aliquod ad examinãdũ genus oppositoris alicuius, vel ad negotiũ aliquod collegio conueniens nullatenus possit iter facere, nisi prius fuerit à capel laapprobatus: quod si is, qui optauit non fuerit probatus eligat inferior antiquitate qui à capella probetur. Si verò nullus inuen tus fuerit, qui optet, capella eligat magis idoneum, qui sine tergiuersatione aliqua iter arripiat sub pœna priuationis mensæ

per ſex menſes. Et ſi iter aliquod factum fuerit ſine ordine ſupra dicto ſumptibus Rectoris factum ſit: & quod factum eſt nullius roboris & momenti ſit, & eodem tenore ſtatuimus vt ſic electo & approbato ſingulis diebus tribuantur nouem argentei, B quos eroget in ſumptus proprios & eiſdem iumenta conducat: quòd ſi iuramento aſtrictus iurauerit minus expendiſſe collegio reddere teneatur. Et quia collegæ, qui ſuſcipiunt generis exa men recipiendorum terunt proprias veſtes in aliorum vtilitatẽ, expenſis recipiendorum tribuantur illis tres aurei, ſi verò negotium ſuſceptum fuerit in vtilitatem domus gratuito id faciant, & nihil illis tribuatur quia hæc & multo maiora domui debent à qua tot beneficia acceperunt.

B ¶ Poſtea hoc fuit alteratum vt pro quolibet die daretur ducatus & dimidium (vt conſtat ex determinatione collegij facta 8. die Auguſti 1577. Rectore Franciſco Gil de Naua, in Sacra Theologia Magiſtro, nec non Cathedram Philoſophiæ Moralis regente, & conſiliarijs licenciato Petro de Villares, & licenciato Antonio Siluente de Cardenas, meritiſsimis poſtea conſiliarijs Granatenſibus) vt conſtat ex libro determinationis collegij pagin. 86. Fuit deinde alteratum ad decem & octo argenteos die 14. menſis Martij, Anno 1579. pagina. 106. Nouiſsime tamen fuit extẽſum ad duos ducatos aureos pro quolibet die conſumpto in aliqua oppoſitoris informatione, dummodo teneatur duos famulos equitantes præciſè ſecum deferre, & non alias: præcipue cum hoc ſit factum in honorẽ collegij, & collegæ, vt cũ maiori honeſtate vadat: iniquũ enim eſſet vt id quod ad honorem conceditur, aſſumeretur ad lucrum. In negotijs vero collegij occupatus decem & octo argenteos habeat vt conſtat ex determinatiõe collegij facta 25. die Decembris, Anno 1584. pag. 161. in eodem libro, in cæteris autem hoc ſtatutum remanet in ſuo robore duraturum.

XXIII. *Oeconomus quid faciat.*

Item ſtatuimus & ordinamus quod œconomus emi iubeat ſeuum in anni totius vtilitatem neceſſarium, quod velario tradatur, à quo recipiat chirographum propria manu ſignatum, vt clarius conſtare poſsit, quot pondera acceperit & conſumpſerit.

XXIIII. *Quod hora cœnæ ſicut hora prandij clauſura ſeruetur.*

Item ſtatuimus & ordinamus, vt verno tempore hora cœnæ fores collegij ſint clauſæ per vnius horę ſpacium, ne aliquis per illas

illas egredi valeat, quia iustum est vt hora cœnæ sicut prandij clausura seruetur.

El Licen. Alonso Muñoz Rector.	El Licen. Tello de Aguilar.	El Maest. Esteuan de Mur.
El Licencia. Don Iuan Pacheco.	El Licenciado Valencia.	El Licenciado P. Ramirez.
El Lic. Don Sebastian de Ribera.	El Maestro Gonçalo De Solorzano.	El Maestro Iuan Alfonso.

XXV. *Capellani quo tempore gaudent prærogatiua antiquitatis.*

Statuimus & ordinamus quod licet cautum & decisum sit capellanos huius sacrosancti collegij primum annum & dimidiũ tantum nouitios esse debere in collegio, post annum vero & dimidium antiquos habendos. Hoc antiquitatis beneficium non intelligatur concessum quoad hoc vt collegas, qui ante ipsos capellanos in collegio prius electi & recepti fuerint possint in consocios vocare, vt bini extra collegium ambulent. Quinimo ipsi capellani etiã anno & dimidio elapso possint ab antiquioribus collegialibus vocari ad eundum extra collegium per vrbem. Idemque intelligendum statuimus in omnibus alijs cæremonijs & obseruationibus, quæ de more huius sacrosanctæ domus solent, vel debent obseruari præterquam in illis duntaxat inquibus prærogatiua illis concessa est expresse & specialiter collegij constitutionibus. In quorum omnium confirmationem licentiatus Alfonsus Nuñez de Bohorques Rector, Doctor Aluerus, Licentiatus Antolinez, Licentiatus dominus Petrus Hurtado de Mendoça, Licentiatus Petrus Nuñez Costa omnia dicta solenniter iurauerunt se obseruaturos, facturosque ab alijs obseruari & in huius fidem proprijs nominibus signauerunt. Factum hoc est in collegij capella collegialibus sono companellæ prius conuocatis secundum collegij morem, die duodecima men-

Adde tamẽ quod ex determinatione collegij capellanus non potest esse præsens in examine alicuius oppositoris ex libro determinationũ 17. Oct. anno 1579. crederé tamen quod si non essent aliqui examinatores adesse' posset ad arguendũ in defectum collegarum & nõ alio modo.

mensis Ianuarij anni millesimi quingentesimi sexagesimi sexti.

El Lic. Alonso Nuñez de Bohorques Rector. *El Doctor Aluero.* *El Licenciado Antolinez.*

El Licen. D. Pedro Hurtado de Mendoza. *El Licenciado Pedro Nuñez de Acosta.*

Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, die vero decimaquinta mensis Octobris Licentiatus Scipio Antolinez Rector, Doctor Aluerus, Licẽtiatus Alfonsus Nuñez de Bohorques, Licentiatus Dominus Petrus de Mendoça, Licentiatus Petrus Nuñez Costa, Licentiatus Didacus Henriquez de Vega, Licentiatus Dominus Franciscus de Auila, Licẽtiatus Valladares, Doctor Lesaca, omnes collegæ in collegij Diui Iacobi Zebedæi capella sono campanellæ, vt moris est conuocati sequentia statuerunt & iuramento promiserũt se obseruaturos, & pro virili facturos in posterum ab alijs etiam obseruari.

XXVI. *Rector non potest optare aliquod negotium.*

Principio statuimus & ordinamus nullum Rectorem præsentem in collegio, vel absentem optare posse factionem alicuius informationis, quę de genere & moribus oppositorũ collegij fieri solet & debet, neque aliud collegij negotium cuiuscunque sit momẽti in cuius expeditione vltra biduum posit à collegio abesse, & quod à collegis omnibus, vel à maiori parte nominari neque eligi valeat ad prædicta, præterquam ad visitationem oppidi de Silleros, quod Collegium habet nam hãc & optare & ad eam elegi impune potest per tempus quod necessitas exposcerit, si verò contra factum sit ab ipso Rectore nullum sit ipso iure, neq; illi vlla fides adhibeatur, & expensis proprijs Rectoris non collegij factum censeatur: & insuper viginti ducatis aureis Rector & collegiales collegio applicandis mulctentur.

XXVII. *De informationibus oppositorum nullibi dandis sub pœna et quando possint dari.*

Rursus

Rursus statuimus & ordinamus originale nullũ informationis semel in arca forti siue archiuo collegij repositum siue antequam reponatur alicui collegæ prẽsenti, absente, vel recedenti etiam instanter petenti nullo modo detur: exemplar verò siue transsumptum ad petitionem ipsius partis non alterius ex prædicto originali desumi valeat & dari ipsi parti. Dum tamẽ priusquã transcribatur, Rector, & collegiales certi sint prædictam informationem approbatam fuisse in capella & in ea contentum esse ad honorem & commodũ petentis, neque quicquam esse, quod collegio, vel parti petenti possit esse dedecori, contra facientes ducentis ducatis aureis mulctentur collegio applicandis: ad quã pœnam in foro conscientiæ teneatur quilibet ipsorum.

XXVIII. *Clauigerus cui debet clauem tradere vel non.*

Præterea statuimus & ordinamus quod nullus collega, vel cõsiliarius seu capellanus præsens, vel abesse, desiderans ad quem custodia alicuius clauis arcę fortis siue archiui pertineat, non tradat prædictam clauem Rectori etiam petenti, sed collegæ in ipsius locum succesſuro ad quem illo absente secundum constitutiones, collegij illius clauis custodia pertineat: qui vero Rectori tradiderit punitus sit viginti aureis nummis in foro conscientię collegio soluendis.

XXIX. *Qualiter non datis habilibus eligatur Rector.*

Postremo statuimus & ordinamus quod si aliquando constitutionibus collegij tres nõ reperiantur habiles tũc ex omnibus collegialibus dẽpto antiquo Rectore & cõsiliarijs eligantur tres, & super illos mittatur sors & ille erit Rector, super quem de illis sors ceciderit: aliter vero facta Rectoris electio irrita sit & nullius momenti ipso iure: in quorum omniũ fidem Rector & collegiales prædicti se propijs nominibus subscripserunt.

El Licen. Antolinez Rector. *El Doctor Aluero.* *El Licen. Alonso Nuñez de Bohorques*

El Licen. D. P. Hurtado de Mendoça. *El Licenciado Pedro Nuñez Dacosta.* *Iuan Sarmiento de Valladares.*

Diego Enriquez de Vega. *El Licenciado Don Francisco Dauila.* *El Doctor Lesaca.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Salmanticæ anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, die octaua menſis Auguſti Rector & collegæ videlicet Licentiatus Auguſtinus Mendiola Rector, Licentiatus Didacus Henriquez, Licentiatus Ioannes Sarmiento de Valladares, Doctor Ibañez, Licenciatus Don Franciſcus de Cuaçola, Licenciatus Petrus de Villares, Magiſter Frãciſcus Gil, Licentiatus Petrus de Caſtro, Licentiatus Antonius Siluente, Licentiatus Ioãnes Gorrionero, Doctor Caſtro, in collegij ſacello ſono campanellę promore vocati, ſequens ſtatutũ iuramento cõfirmatum ſibi & alijs in poſterum obſeruandum edixerunt.

XXX. *Clauigerus archiui quid facere debeat.*

Statuimus & ordinamus quod collega ſemel aperiẽs propria claue archiuum teneatur claudere ante quàm de cubiculo recto ris, rediturus, vel non rediturus diſcedat ſub pœna priuationis portionis collegij vnius anni.

XXXI. *Quod abſens poſsit votum ſuum alteri relinquere.*

Vt ſicui poſthac vel ad propria ſiue collegij negotia procuranda abeſſe contigerit: ipſe ſuffragium cui libuerit de collegio poſsit relinquere, vel abſens [a] mittere, dummodo id conſtet chirographum propria eius manu ſcriptum atque ſubſcriptum neque tamen libitum eſt, vt ad omnia, quæ à D. Rectore decernẽda proponuntur præſens collega ſuffragio ſibi relicto vtatur: ſed tantum ad electiones collegarum, capellanorum & familiarium, optiones quoque quoruncumque itinerum & oppoſitionum cathedarum & prębendarum extra collegium, eidem vero plura ſuffragia relinqui concedimus, dummodo vnuſquiſque vno tamen ex relictis ſuffragetur, reliqua verò quibus libuerit poterit impertiri, ſi ſubſtituendi clauſula appoſita ſit, in chirographo ſibi relicto. Quod ſi collega in propriam vel collegij vtilitatem diſcedens ſuffragium nemini reliquerit, collegium illum certiorem facere non teneatur.

[a] Hodie autem commiſsio ferendi ſuffragiũ per abſentẽ nõ extenditur vltra quadrimeſtre ſingulis annis ex quacunque cauſa ſit abſentia ſiue ſit continue, ſeu interpolate ex declaratione capellæ Deciſione 22. die Auguſti anno 1577. quæ reperitur in libro determinationum collegij.

El Licenciado Auguſtin de Mendiola Rector.

El Licenciado Diego Henriquez de Vega.

El Doctor Iuan Ibañes.

El Licen. Don Franciſco de Cuaçola.

El Licen. Pedro de Villares.

El Maeſtro Franciſco Gil de Naua,

El Licenciado Iuan de Corrionera.

El Licen. Antonio Siluente.

SEQVI-

SEQVITVR BVLLA APO-STOLICA QVÆ A PRACTICIS PROCES

sum fulminatum appellatur, qua collegium poterit eligere quoscumq; Iudices executores Bullæ collegij vigore clausulæ (CÆTERVM) absq; eo quod teneatur præcise collegium comparere aut litigare coram iudicibus designatis in eadem bulla executoria, quæ inserta est in Bulla gratiosa collegij, quam impetrauit Licentiatus Dominus Antonius Ramirez de Mendoça, eiusdem collegij collega propter difficultatem, & laborem, & expensas, quæ sequerentur si collegium adiret coram præfatis iudicibus in Bulla gratiosa cõtentis ad litigandum: qui scilicet, sunt Archiepiscopus Toletanus, & Episcopus Segobiensis, & Oxomensis.

HIERONYNVS Matthæus Prothonotarius Apostolicus iuris vtriusque Doctor causarum Cameræ Apostolicæ generalis auditor & archiui Roman. curiæ Correctior, eiusdemque Romanæ curiæ iudex ordinarius ac quarũcunq; literarum apostolicarum necnõ sententiarum & censurarum in Roman. curia extra eam latarum vniuersalis & merus exequutor per sanctissimum Dominum nostrum Papam & sanctam Sedem Apostolicam specialiter deputatus, necnon iudex & executor ad infra scripta etiã specialiter assumptus, VNIVERSIS & singulis Reuerendiss. ac Reuerendis in Christo patribus & dominis dominis Dei & Apostolicæ Sedis gratia Patriarchis Archiepiscopis & Episcopis eorumque & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus Vicarijs seu officialibus generalibus cæterisque locorũ ordinarijs & Prælatis ac Abbatibus Prioribus & Cõuentibus, necnõ tam collegiatarum quã Cathedralium etiam Metropolitanarũ Ecclesiarum Capellanis & Canonicis, ac & quibuslibet dominis Iudicibus & iusdicentibus tam secularibus & laicis, quam ecclesiasticis quauis authorite & potestate fungentibus & functuris eorumque loca tenentibus, omnibusque alijs & singulis quorũ interest, intererit, aut interesse quoslibet infrascriptũ tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurũ. Et denique vniuersis & singulis alijs præsentes, nostras literas siue hoc præsens publicũ processus instrumentũ inspecturis, lecturis pariter & audituris quibuscũque nominibus censeantur aut quacũque præfulgeant dignitate salute in Dño & præsentibus fidem adhibere indubiã, ac nostris huiusmodi iimo verius apostolicis firmiter obedire mãdatis literas apostolicas felire. Adriani Papæ sexti seu verius earum sumptum ex registro bullarum secretariæ apostolicæ in rotulo papyri albæ scriptũ & à Reuerendo Patre Domino Pirro Iaro Protho notario & secretario apostolico collationatũ & eius manu subscriptum ac sigillo collegij secretariorum apostolicorum in cera rubea à tergo eiusdem rotuli filo albo circũligati impresso munitum & alias debite more Roman. curiæ expeditum tunc clausum & per nos seu per infra scriptum notarium nostrum scisso dicto filo apertum sanum siquidem & integrum, non vitiatum, non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum sed omni prorsus vitio & suspicione carens vt in eis seu eo prima facie apparebat, nobis pro parte insignis collegij dudum in ciuitate Salmantin. à bo. me. Didaco olim Episcopo Conchen. fundati & Reuerendorum & nobilium ac Magnificorum illius collegialium præsentiũ in literis Apostolicis vel illarum sumpto huiusmodi principaliter nominatorum præsentatas seu præsentatum, nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore à tergo siquidem dicti sumpti seu illius rotuli in eius capite prope & infra sigillum præfatũ scripta erãt hæc verba, videlicet pro Reuerẽdo Patre Dño Didaco Episcopo Conchen. ex libro primo diuersorũ Dñi Adriani Papæ sexti fol. 73. Intus vero sic in margine, scilicet. I. Hesius, & deinde hoc modo, &c. ADRIANVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Sollicitæ considerationis

indagine perſcrutantes quam pretioſum ſit ſapientiæ & ſcientiæ donum magno deſiderio ducimur vt literarum ſtudia in quibus perlectionis exercitium diuina cooperāte gratia laudanda acquiritur ſcientiæ margarita vbilibet incremēta ſuſcipiant acfortius inualeſcant. Et vt id fœliciter ſubſequi poſsit, perſonarum nobis & Apoſtolici fauoris ſuffragium propenſius impartimur. Sanè pro parte venerabilis Fratris Didaci Epiſcopi Concheñ. nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ipſe de propria ſalute cogitans, ac terrena in cœleſtia & tranſitoria in æterna fœlici cōmercio commutare cupiens pro diuini cultus, ac virorum eruditorum, ad quos ſingularem gerit effectum augmento & fidei catholicæ propagatione in ciuitate Salmantina: in qua inſignis vniuerſitas & ſtudium generale vigere dignoſcitur: in loco ad hoc congruo & commodo vnū collegium pro decenti ſcholarium numero, de quo ſibi videbitur inibi literarum Sacræ Theologiæ, decretorum & aliarum liberalium artium ſtudio operam dare volentium, educando cum domo, cameris & alijs neceſſarijs officinis de bonis, tam Eccleſiaſticis quàm alijs ſibi à Deo collatis fundare, ac cōſtruere, & erigi facere ſummopere deſiderat, ſi ſibi ad id Apoſtolicæ ſedis authoritas ſuffragetur. Propter quod iam in ipſa ciuitate domum vnam, in qua duodecim ſcholares expenſis ſuis degūt, proprijs pecunijs emit. Quare pro parte ipſius Didaci Epiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſibi in dicta ciuitate vnum collegium pro decenti numero ſcholarium, vt præfertur, conſtrui faciendi, ac fundandi, & erigendi licentiam concedere, ac alias in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudū inter alia volumus, quòd ſemper in vnionibus commiſsio fieret ad partes vocatis, quorum intereſſe, laudabile dicti Didaci Epiſcopi propoſitum huiuſmodi plurimum in Domino cōmendantes ipſum Didacum Epiſcopum, qui etiam prælatus domeſticus, & continuus commenſalis noſter exiſtit: à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſentētijs, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum duntaxat præſentium conſequēdum harum ſerie abſoluentes & abſolutum fore cenſentes: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Didaco Epiſcopo vnum collegium ſeu vnam domum collegialem pro numero ſcholarium viginti, aut quotquot ſibi videbitur ibi cōmoratorum, & in literarum ſtudijs educandorum, vſu & habitatione cum cameris, & officinis, ac alijs neceſſarijs ædificijs, & collegialibus inſignijs* ſine alicuius pręiudicio conſtrui & ædificari faciendi ac fundandi, & erigendi: nec nō quoad vixerit, pro fœlici ſtatu, regimine Magiſtrorum, Rectorum, Doctorum, & Scholarium dicti erigendi collegij quæcumque tam per quos ipſum erigendum collegium regi, quam quales perſonæ, & in quibus facultatibus ſtudentes inibi recipi, & qui eos præſentare, ſeu recipere, & admittere, ac qui eiuſdem collegij patroni eſſe, & quæ ſic recepti, ac illius magiſtri, rectores & doctores pro tempore exiſteñ. obſeruare: nec non quæ emolumenta & commoditates inibi habere debeant, & alia cuiuſuis generis ſtatuta, ordinationes, & cōſtitutiones laudabilia & honeſta, ac ſacris canonibus non contraria, faciendi & edendi, ac facta & edita, prout ſibi vel per eum nominando & deputando pro eorumdem magiſtrorum, rectorum, doctorum, & ſcholariū ſalubri & laudabili directione viſum fuerit, expedire, mutandi, limitandi, interpretandi, quaſſandi, & alia de nouo tempore & perſonarum qualitatibus id exigentibus faciendi, illaque ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis vel alijs perpetuis futuris temporalibus obſeruari mandandi. Necnon omnibus & ſingulis magiſtris, rectoribus, doctoribus & ſcholaribus, in dicto collegio pro tēpore commorantibus inibi legendi, ſtudendi, & ad quoſcunque gradus quarumcunq; facultatum in ipſo collegio per idoneos ab ipſo Didaco Epiſcopo deputandos, promouendi, plenam, liberam, & omnimodam, authoritate Apoſtolica tenore præſentium, licentiam & facultatem concedimus. Et inſuper quum primum parochialem eccleſiam de Villanueua de la Xara Concheñ. diœceſ. per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeu quamuis aliam dimiſsionem, vel amiſsionem illam nunc obtinentis, aut alias quouis modo etiam apud ſedem Apoſtolicā vacare contigerit, ex nunc prout

ex tunc

ex tunc & è contra,medietatem omnium & ſingulorum illius fructũ,redditũ,& pro uentuum,qui quingentorum ducatorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum(vt dictus Didacus epiſcopus aſſerit)non excedunt,ab eadem eccleſia ſeparantes & diſmembrantes illam collegio huiuſmodi,poſtquàm illius ædificia conſtrui cœpta,licèt nondum cõpleta fuerint:pro illius manutentione,& perſonarum eiuſdem ſuſtentatione,authoritate & tenore prędictis perpetuò applicamus, & appropriamus.Ita quòd liceat Rectori& ſcholaribus dicti collegij pro tempore exiſteñ. per te vel per alium ſeu alios medietatem fructuũ, redditũ, & prouentuũ huiuſmodi propria auctoritate libere exigere, percipere, & leuare & in ſuos vſus & vtilitatem conuertere.Diœceſani loci & cuiuſuis alterius licentia minime requiſita. Et inſuper tam magiſtris,rectoribus,doctoribus & ſcholaribus præfatis,quã inibi pro tempore promotis:vt omnibus & ſingulis priuilegijs,indultis,libertatibus,iuribus, exẽptionibus, immunitatibus, prærogatiuis & honoribus, quibus alij in ſancti Bartholomæi dictæ ciuitatis Sanctæ Crucis,ac ſancti Gregorij oppidi Valliſſoleti Palentiñ.diœceſ.ac quibuſuis alijs collegijs,& vniuerſitatibus, pro tempore degentes, & ſtudentes, magiſtri,rectores,doctores,& ſcholares, & in illis ad quoſcumque gradus quarumcunque facultatum promoti etiam apoſtolica aut imperiali auctoritate ſuffulti vtũtur,potiuntur,& gaudent,ac vti,potiri, & gaudere poterunt in genere vel in ſpecie, quomodolibet in futurum pariformiter,& abſque vlla penitus differentia in omnibus & per omnia vti,potiri,& gaudere:necnon vt ipſi magiſtri doctores,& ſcholares,etiam clerici & presbyteri leges & iura ciuilia ac phyſicã ad quinquennium duntaxat legere,docere & audire(ſi eidẽ Didaco Epiſcopo videbitur)libere & licite valeant,eiſdem auctoritate & tenore perpetuo indulgemus. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Toletano & Segobienſi ac Oxomenſi Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi vel duo,aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit,ac quotiens pro parte Didaci epiſcopi,ac Magiſtrorum,Rectorum Doctorum, & Scholarium prædictorum, ſeu alicuius eorum deſuper fuerint requiſiti ſolenniter publicantes eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſsiſteñ.faciant auctoritate noſtra conceſsionem, diſmembrationem,ſeparationem,applicationem,appropriationem,& indultum huiuſmodi firmiter obſeruari,ac ſingulos, quos præſentes concernunt, illis pacifice gaudere non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo non obſtantibus voluntate noſtra prædicta,& quibuſuis alijs apoſtolicis, nec nõ in prouincialibus & ſynodalibus Cõcilijs edictis generalibus vel ſpecialibus cõſtitutioñ. & ordinatioñ. ac quibuſcunis ſpecialibus vel generalibus reſeruationibus etiam mentalibus,expectatiuis,& alijs gratijs, vnionibus annexionibus & incorporationibus perpetuis vel temporalibus,ſuppreſsionibus,& alijs applicationibus abſque conſenſu & cauſa.oneroſa, acceſsibus, & regreſſibus,ac coadiutorum deputationibus,nominationibus, facultatibus, literis,mandatis, conceſsionibus & indultis etiam cum prouiſionibus, etiam ex tunc, prout ex eadie & econtra quibuſuis perſonis cuiuſcunque dignitatis,ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſteñ.etiam familiaribus noſtris continuis commenſalibus, etiam antiquis, & pro tempore deſcriptis,& alijs quacunque etiam epiſcopali, archiepiſcopali, vel alia maiore etiam cardinalatus honore ſeu ducali,regali,imperiali,aut alia maiore dignitate,auctoritate,& excellentia fungentibus:aut in eorum ſeu eccleſiarum,monaſteriorũ, menſarum,ſeu vniuerſitatum, etiam ſtudiorum generalium fauorem etiam imperatoris,regum,reginarum, ducum,& aliorum principum contemplatione & intuitu aut remuneratione,laborum & obſequiorum, etiam nobis & dictæ ſedi impenſorum, aut in recompenſam iurium ceſſorum vel ablatorum,ſeu etiam ex quibuſuis alijs etiam quantumcunque maximis excogitabilibus cauſis ſub quibuſuis formis & verborum expreſſionibus,ac quibuſuis antelationibus,ſuſpenſionibus,reſtitutionibus, declarationibus & alijs efficaciſsimis & inſolitis clauſulis etiam talibus, quòd illa nullatenus, aut non niſi ſub certis modo& forma in eis contentis ſuſpendi poſsint,irritãtibuſque: ac quòd illa ex tunc vere & nõ ficte effectũ ſortita ſint illis,quibus cõceſſa ſunt,ius in re quęſitũ

sit, illique beneficio regulæ de nō tollēdo ius quæsitū gaudere, ac gratiæ ipsæ inter eos & nos & sedem eandem vim initi contractus habere debeant per nos & sedem eādem etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine etiam consistorialiter in genere, vel nominatim in specie concessis, hactenus & in posterum concedendis, quas & quæ eorumque omnium vim & effectum, quo ad hoc omnino suspendimus, ac in vacatione ecclesiæ huiusmodi effectum sortiri, aut locum sibi vendicare non posse, neque debere decernimus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta sit sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impedire valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorūcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nos enim dismembrationem, separationem, applicationem, & appropriationē huiusmodi sub quibusuis reuocationibus vnionibus & applicationibus per nos aut sedē prædictā pro tēpore factis, nisi de illis cū totali præsentiū insertione specialis, specifica, indiuidua mētio facta fuerit, minime cōprehensas, nec reuocatas esse, nec illis per quascūque concessiones seu cōstitutiones vllatenus derogatū censeri: sed semper ab huiusmodi reuocationibus, & derogationibus exceptas existere & illæsas, ac in suo pleno robore perpetuo permanere. Necnō ex nunc irritū decernimus & inane, si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginam nostræ absolutionis, concessionis, separationis, dismembrationis, applicationis, appropriationis, indulti, mandati, suspensionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo tertio, septimo Calendas Maij, pontificatus nostri anno primo VV. de Enhemourt F. Branchonius sumptum ex registro Bullarum Secretariæ Apostolicæ collationatum P. Iarus. POST QVARVM QVIDEM præinsertarum literarum apostolicarum, seu illarum sumpti huiusmodi præsentationem & receptionem nobis, & pernos vt præmittitur factas fuimus pro parte supradictorum collegij & Dominorum illius Collegialium principalium debita cum instantia requisiti quatenus ad executionem seu assistentiam ipsarum literarum apostolicarum & contētorum in eisdem procedere dignaremur iuxta illarum formam. Nos igitur Hieronymus Matthæus prothonotarius auditor iudex & executor præfatus attendeñ. requisitionem huiusmodi fore iustam & rationi consonam volentesque literas apostolicas reuerenter exequi & eis assistere vt tenemur, idcirco auctoritate apostolica nobis concessa & qua fungimur in hac parte, præfatas literas apostolicas, huncque nostrum processum ac omnia & singula in eis contenta vobis omnibus & singulis supradictis communiter vel diuisim intimamus, insinuamus, & notificamus ac ad vestram & cuiuslibet vestrū notitiam deducimus & deduci volumus per prę̄sentes, vosque nihilominus supradictos quibus processus noster huiusmodi dirigitur & vestrum quemlibet insolidum tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio & peremptorie communiter vel diuisim ac vobis & vestrum cuilibet insolidum in virtute sanctæ obedientiæ & sub infrascriptis sententiarum pœnis districte præcipiendo mandamus quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem seu notificationem præsentium & requisitionē vobis seu alteri vestrum factas & postquā pro parte supradicto rum collegij & dominorum illius collegialium principalium vigore præsentium super hoc fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequeñ. quorū sex dierū duos pro primo duos pro secundo & reliquos duos dies vobis vniuersis & singulis supradictis pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica assignam⁹ eis dē Collegio & Collegialibus nec nō Magistris Rectoribus Doctoribus & scholaribus supradictis diuo quibus in prę̄ insertis literis apostolicis fit mētio ac cuilibet ipsorū in prę̄

missis

miſsis omnibus & ſingulis in eiſdem præinſertis literis apoſtolicis contentis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes faciatis & quilibet veſtrum faciat autoritate noſtra imo verius apoſtolica conceſsionē diſmembrationem ſeparationem applicationē appropriationē & indultum huiuſmodi aliaq; omnia & ſingula in præinſertis literis apoſtolicis cōtenta predicta ab omnibus & ſingulis ad quos id quomolibet ſpectat & in futurū pro tēpore ſpectabit firmiter obſeruari ac Collegiū & illius Collegiales necnon Magiſtros Rectores Doctores & ſcholares præfatos alioſq; omnes & ſingulos quos præinſertę literę apoſtolicæ quomolibet concernunt & in futurum pro tempore concernent illis pacifice & quiete vti frui potiri & gaudere. Neque permittatis eos per quoſcumq; deſuper quomolibet indebite moleſtari inquietari impediri vel perturbari neq; etiam vos vllatenus moleſtetis inquietetis impediatis vel perturbetis aut aliquis veſtrū moleſtet inquietet impediat vel perturbet contradictores quoslibet & rebelles eadē autoritate noſtra imo verius appoſtolica appellationibus poſt poſita compeſcendo inuocato etiā ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis prout etiā ex nunc illud harum ſerie inuocamus. QVODSI FORTE præmiſſa omnia & ſingula prout ad vos & veſtrum quemlibet mandatur nō ad impleueritis ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere mādatiſque & monitionibus noſtris huiuſmodi imo verius apoſtolicis nō parueritis realiter & cum effectu. Nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos qui culpabiles, fueritis in præmiſsis & generaliter in contradictores quoſlibet & rebelles ac impediētes ipſos Collegium & illius Collegiales principales vel eorum procuratorem eorum nomine præmiſsis in aliquo aut ipſos impedientibus dantes auxilium Conſilium vel fauorem publice, vel occulte directe vel indirecte quouis quæſito colore vel ingenio cuiuſcumque dignitatis ſtatus gradus ordinis & conditionis exiſtant, ex nunc prout ex tunc & è contra prædicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa ex cōmunicationis in capitula verò conuentus & Collegia quæcunque in his forſan delinquē. ſuſpenſioñ. à diuinis & in ipſorum delinquentium & rebellium Eccleſias monaſteria & capellas interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus in his ſcriptis & etiā promulgamus vobis vero Reuerendis patribus Dominis Patriarchis Archiepiſcopis & epiſcopis prefatis duntaxat exceptis quibus ob reuerentiam veſtrarum pōtificaliū dignitatum deferimus in hac parte ſi contra præmiſſa feceritis ſeu fieri mandaueritis per vos vel ſubmiſſas perſonas publice vel occulte directe vel indirecte quouis quæſito colore vel ingenio ex nūc prout ex tunc & è contra prędicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa ingreſſum Eccleſiæ interdicimus in his ſcriptis ſi vero huiuſmodi interdictū per alios ſex dies immediate ſequē. ſuſtinueritis vos in eiſdē ſcriptis ſimili canonica monitione prędmiſſa ſuſpendimus à diuinis verum ſi præfatas interdicti & ſuſpenſionis ſententias per alios ſex dies prefatos duodecim immediate ſequen. animo, quod abſit ſuſtinueritis indurato vos ex nunc prout ex tunc & è contra prędicta ſex dierum canonica monition. prędmiſſa excō municationis ſententia autoritate apoſtolica ſupradicta tenore preſentiū imnodamus. CAETERVM cum ad exequtionem præmiſſorum vlterius faciendam nequeamus quoad præſens perſonaliter intereſſe pluribus alijs arduis in Romana curia legitime præpediti negotijs vniuerſis & ſingulis Dominis Abbatibus prioribus præpoſitis decanis Archidiaconis, cæteriſque viris eccleſiaſticis in quibuſcunque dignitatibus gradibus vel officijs conſtitutis notarijſque & Tabellionibus publicis quibuſcumque per quaſcumque ciuitatis & diæceſes ac alias vbilibet conſtitutis & eorum cuilibet inſolidū ſuper vlteriori exequutione dictarum literarum apoſtolicarum & mandati noſtri huiuſmodi faciēda autoritate apoſtolica ſupradicta tenore præſentiū plenarie cōmittimus vices noſtras donec eas ad nos ſpecialiter & expreſſe duxerimus reuocādas quos nos & eorum quēlibet eiſdem autoritate & tenore requirimus & monemus primo ſecūdo tertio & peremptorie communiter vel diuiſim ac eis & eorum cuilibet in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pœna quam in eos & eorum quemlibet eiſdem autoritate & tenore niſi fecerint quæ eis in hac parte cōmittimus & mandamus ferimus in his ſcriptis deſtricte præcipiendo mandantes quatenus infra ſex dies poſt præſentationem ſeu notificationem præſentiū & requiſitionē eis ſeu alterie orū pro parte dictorū Collegij & illius Collegialium principalium de ſuper factas immediate ſequētes quos

dies ipſis & eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica aſsignamus ita tamen quod in his exequendis alter eorum alterum non expectet nec vnus pro alio ſeu per alium vel alios quouis modo ſe excuſet. Ad vos omnes & ſingulos ſupradictos quibus proceſſus noſter huiuſmodi dirigitur perſonaſq; & loca alia de quibus vbi quando & quoties opus expediens fuerit perſonaliter accedant ſiue accedat & prædictas literas apoſtolicas huncque noſtrum proceſſum ac in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter vel diuiſim legant intiment inſinuent & fideliter publicare procurent eiſdem Collegio & Collegialibus nec non Magiſtris Rectoribus Doctoribus & ſcholaribus ſupradictis de quibus præinſertis literis apoſtolicis fit mentio ac cuilibet ipſorum in præmiſsis omnibus & ſingulis in eiſdem pręinſertis literis apoſtolicis contentis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes faciant & quilibet eorum faciat autoritate noſtra imo verius apoſtolica conceſsionem diſmembrationem ſeparationem applicationem appropriationem & indultum huiuſmodi aliaque omnia & ſingula in prędinſertis literis apoſtolicis contenta præfata ab omnibus & ſingulis ad quos id quomolibet ſpectat & in futurum pro tempore ſpectabit firmiter obſeruari ac Collegiũ & illius Collegiales nec nõ Magiſtros Rectores Doctores & ſcholares præfatos alioſque omnes & ſingulos quos prędinſertæ literæ apoſtolicæ quomodolibet concernunt & in futurũ pro tempore concernent illis pacifice & quiete, vti, frui, potiri, & gaudere. Neq; permittãt eos per quoſcunque deſuper quomodolibet indebite moleſtari perturbari inquietari vel impediri neque illi vllatenus moleſtent inquietent impediant vel perturbent aut aliquis eorum moleſtet inquietet impediat vel perturbet contradictores quoſlibet & rebelles eadẽ autoritate noſtra imo verius apoſtolica appellation. poſtpoſita compeſcẽdo inuocato ad hoc etiã ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis prout etiã ex nunc illud harum ſerie inuocamus, ET GENERALITER omnia alia & ſingula exequantur iuxta earumdem præinſertarũ literarum apoſtolicarũ & præſentis noſtri proceſſus vim formam continentiam & tenorẽ. Ita tamẽ quod dicti ſubdelegati noſtri vel quicumque alius ſeu alij nihil in præiudicium dictorũ Collegij & illius Collegialium principalium vel eorum procuratoris valeãt autoritate quomodolibet in præmiſsis nec in proceſsibus per nos habitis aut ſententijs per nos latis abſoluen. & ſuſpendentem aliquid immutare in cæteris autem quæ eiſdem Collegio & illius Collegialibus principalibus vel eorum procuratori in prędictis nocere poſſent ſeu quomodolibet obeſſe prędictis ſubdelegatis noſtris & quibuſuis alijs poteſtatem omnimodam denegamus & ſi cõtingat nos ſuper præmiſsis in aliquo procedere de quo nobis poteſtatem omni modam reſeruamus, non intendimus prote rea commiſsionẽ noſtram huiuſmodi in aliquo reuocare niſi de reuocatione ipſa ſpecialem & expreſſam fecerimus mẽtionem præfatas quoque literas apoſtolicas hũcque noſtrum proceſſum ac omnia & ſingula huiuſmodi negotium tangentia volumus penes dictos Dominos Collegium & illius Collegiales principales vel eorũ procuratorẽ remanere & nõ per vos aut aliquẽ veſtrũ ſeu quicũque aliũ ipſis inuitis ſeu cõtra eorũ voluntatẽ quomolibet detineri cõtrariũ vero facientes præfatis noſtris ſentẽtijs prout volumus ſubiace. in his ſcriptis per nos latè ſunt dicta monitionis prędmiſſa ipſo facto re, Mandamus tamen copiã fieri de præmiſsis eã petentibus & habere debentibus petẽtium ſiquidẽ ſumptibus & expenſis, aſolutionẽ vero omniũ & ſingulorũ qui prędatas noſtras ſentẽtias ſeu earũ aliquã incurrerint, ſiue incurrerit quoquo modo nobis vel ſuperiorũ noſtro tantũmodo reſeruemus. IN QVORVM omniũ & ſingulorũ fidẽ & teſtimoniũ præmiſſorũ præſentes literas ſiue hoc præſens publicũ proceſſus inſtrumẽtũ exinde fieri & per notariũ publicũ curiæ noſtræ ſcribã infraſcriptũ ſubſcribi & publicari mãdauimus ſigillique dictę noſtrę curię quo in talibus vtimur iuſsimus & fecimus appenſione muniri. Dat. & actum Romæ in ędibus noſtre ſolite reſidentie ſub Anno à Natiuitate Domini Milleſimo Quingẽteſimo octuageſimo primo inductione nona die vero decima nona menſis Auguſti Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini Gregorij diuina prouidentia Papę decimi tertij Anno decimo præſentibus ibidem Dominis Pompeio Antonino & Pompeo etiã Valerio curię noſtrę notarijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Franciſcus Bacollettus curiæ cauſarum camere apoſtolicæ notarius ſubſcripſit.

Dioniſius Ratta locum tenens.

SEPTIMVS ET VLTIMVS TOMVS.

IDEO hic septimus tomus introductus est præsertim eũ in eo compleantur, fere omnes dispositiones, et alia tangentia, ac spectantia ad vtilitatem, et bonum Collegij, ponendo statuta antiqua, et nonnulla nouiora, necnon alia notabilia ad prædictum Collegium concernentia. Præcipuè cum hunc istum numerum septẽnarium, philosophi, [a] *poæteque* [b] *Doctores* [d] *& alij se satis laudasse minime crediderint, atq; ob huius considerationem hoc loco istum tomum constituimus.*

a Macrobri⁹ de somno scipi. li. 1.c.6.
b Virgi. ò terq; quaterq; beati.
d Glossa fin.c.fin. de cælebratione missarũ. Rex Alfonsus in prohemio partitarum.

SAlmanticæ Anno Domini nostri. 1585. Rector, atque collegæ, videlicet. Dominus Licentiatus, Didacus de Alderete de Haro, & Licentiatus Hieronymus de la Milla, & Licẽtiatus Ioãnes Quende, Licentiatus D. Antonius Ramirez de Mendoça, & Magister Ioannes de Lazcano, & Licentiatus D. Martinus de Diacaiz, & Doctor Petrus Gomez de Contreras, & Licentiatus Arias Gago de Figueroa, & Licenciatus D. Antonius Venegas, & Licẽtiatus D. Thomas Ximenez Ortiz, in collegij capella sonno campanellæ secundum morem vocati, Statuta ex antiquioribus extracta, & alia de nouo ordinata statuerunt, & iurauerunt sibi, & alijs in posterum obseruanda.

I. *De visitatoris qualitatibus.*

a Iddẽ erat statutũ antiquum anno. 1553. in. 10. die Nobembris Rectore Andrea Lopez, & anno. 1554. in is die Nobembris, rectore Ioane Alfonso.

Statuimus & ordinamus quod visitator [a] sit eiusdem qualitatis, & ætatis, qua recipiendi in collegio esse debent. Tam in genere, & ętate quam in honestate, nec aliter recipiantur, cui nullo modo obtẽperetur, nisi in casibus, in quibus cõcessum est per constitutionẽ, 12. & 13. tomi 4. nec valeat ordinare aliquid in futurum contra constituti ones. Præcipuè cum eius potestas & intentum consistat in inquirendo de moribus, & literatura, & de bonis collegij & in statutis seruatis vt præcipit constitutio: quæ gesta si ritè ordinata fuerint executioni demandentur, si vero videatur alicui grauamẽ in ferre obtemperetur si ex tribus partibus capellæ duabus videatur, absque aliqua appellatione.

II. *De ætate et qualitate Familiarium.*

Statuimus præterea & ordinamus quod nullus in familiarem eligi valeat, qui nõ fuerit egressus vigesimum ætatis annum, & qui adminus non habuerit tres cursus in facultate aliqua, & nõ sit vxoratus aut desponsatus iuxta formam Concilij Tridentini, neque sit consanguineus alicuius ex collegialibus pro tempore in collegio cõmorantibus intra quartum consanguinitatis gradum, neque sit ex eodem municipio, & aut aliquo tempore in alicuius collegialis seruitio aut famulatu. Quòd si fuerit electus electio nullum illi ius tribuat, sitque irrita & inanis & teneatur ad restitutionem victus iuxta verum valorem, insuper collegiales qui interfuerint electioni multentur pœna decem aureorum ducatorum collegij fabricæ applicandorum. Tantũdemque intelligatur si fuerit electus qui sacris maioribus ordinibus fuerit initiatus, aut si iam electus initietur statim expellatur à collegio nisi conueniens in collegio retineri visum fuerit duabus ex tribus partibus collegialium absentium & præsentiũ.

III. *De iuramento familiaris.*

Præterea estatuimus & ordinamus quod omnes familiares & etiam coquus, tempore sui ingressus iuramẽtum præstẽt iuxta constitutiones collegij videlicet de obediendo D. Rectori, & secreto domus seruando circa ea quæ viderint, aut audierint aut quomodolibet sciuerint, à collegialibus fieri & quod res domus custodient fideliter, & si ab aliquo confamiliare vel coquo, vel alijs seruitoribus sciuerint aliqua donari, aut consumi. D. Rectori manifestabũt alioquin sine spe veniæ à collegio expellãtur.

IIII. *De officio familiarium, et de pœna eorum.*

Insuper statuimus quod ex familiaribus iuxta constitutionẽ 3, tomi. 4. vnus sit dispensator, quem Rector, & cõsiliarij. l. eorũ maior pars, seruitio & vtilitati domus magis idoneũ repererint. Quodque si ita expedire cognouerint, possint eum ab officio deponere, alterumque eius loco subrogare qui sic electus, aut nominatus præmisso iuramento dictæ constitutionis tenebitur per-

perſonaliter, ſimul cum ſuo famulo ad emendum victui neceſſaria ire eaque in platea maiori, ſi ibi reperiantur ſemper emere alioquin acriter puniantur per rectorem, ex alijs verò familiaribus, nouiſsimus refectorij curam gerat ſuis proprijs manibus mẽſas, vaſa, parietes, & ſolum expurgaturus, & omnia eius ſeruitio neceſſaria, & minimè per portioniſtam ſeu per aliquem nec ad vidẽdum refectorium nullus extra collegium intromitatur ſub pœna priuationis veri valoris portionis per integrum menſem abſque ſpe veniæ, & ſit incipo per quatuor dies. Nam inhoneſtum eſt quod illud quod ad honeſtatem pertinet, familiari indecorum eſſe videatur.

V. *Quod nullus familiaris comitetur collegiales extra ciuitates abeuntem.*

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus familiaris collegiales extra ciuitatem abeuntes comitari poſsint ſub pœna priuationis portionis veri valoris per menſem, nec familiaris cum collega nec collega cum familiari ludere audeant: etiam in caſu conſtitutionis. 8. quinti tomi, nam ex nimia familiaritate cũ illis familiaribus decus amittitur, atque cum ſint pauperes neceſſario ex bonis collegij ad ludendum ſubripient.

V I. *De informationibus familiarium faciendis.*

Quoniam experimento cognitum eſt non ſatis certas, & exploratas eſſe informationes, quæ quidem de genere familiariũ Salmanticæ fiunt, ſtatuimus vt oppoſitores ipſi informationes ſuas afferant iudicis authoritate in loco ſuę originis confectas & ſigillo publici tabellionis obſignatas, inquibus quinque minimum teſtes adhibeantur, qui & trigeſimum ſaltem annum exceſerint, & parentes atque auos oppoſitorum cognouerint, ſi autem locus originis ſit talis, & populoſus, qui in eo viuant, cõmiſarij ſanctę inquiſitionis ipſis cõmittat cura faciẽdi huiuſmodi informationes, qui tamen de officio præter teſtes ſibi præſentatos per talem oppoſitorem teneatur alios circa illã examinare & infine ſuum votum aſcribere, præſtita ibi fide quod erat commiſſarius ſanctæ inquiſitionis per tabelionem.

VII. *Forma oppositionum.*

Statuimus quòd nullis oppositoribus infornationes fiant donec primo firment, & legant, iuxta constitutionem. 6. §. examinentur tom. 2. nisi aliter ex iustissima, & magna causa cuncto collegio videatur, cũ capella collegij possit declarare, & statuere præter constitutiones & non contra illas.

VIII. *Consiliatura qualiter deseruienda per substitutum.*

Rursus statuimus ad excludendas fraudes, quod nulla consiliatura possit per substitutum alterius facultatis in defectũ aliorum deseruiri quoad propietatem, neque isto titulo valeat alicui tempus collegij aliquo modo prorogari.

IX. *Menses et dies quomodo debeant intelligi.*

Statuimus, & declaramus quod menses concessi per constitutionẽ. 15. tomi. 3. tam in ipsa quàm in alijs cõputentur hoc modo, quod primus mensis habeat triginta, & vnum dies, secundus autem triginta & sic decæteris, dies autem per noctes illos sequẽtes in omnibus computentur.

X. *Expelluntur à capella quos negotium ibi tractatum tangit.*

Insuper statuimus, & ordinamus, quod quoties acciderit aliquid in capella esse tractandum idque aliquem ex prẹsentibus contigerit, ille talis siue de suo fauore vel odio tractandum sit à capella expellatur, quod si negotij qualitas hoc exposcit per schedulas secretè & cum iuramento tale negotium terminetur.

XI. *Epistolæ missiuæ, coram quibus legi debent, et quod à collegio in alicuius fauorem non mittantur, nisi ex consensu capellæ.*

Quoniam ex apertura epistolarum per solum Rectorem facta damnum solet afferre, statuimus & ordinamus, quòd epistolę missiuę, quę ad Rectorem & collegiales diriguntur, non possint, nisi coram eis in capella aperiri: qui vero ad Rectorem & cõsiliarios coram illis tantum, vel maiori parte eorũ: deinde quod si

à colle-

à collegio in alicuius fauorem,vel ad aliquem, vel aliquos dirigantur,hoc fiat ex assensu collegialium vel maioris partis eorum ad id congregatorum sub pœna vnius ducati pro qualibet vice,quam pœnam D.Rector incurrat,si in hoc statuto disposita non seruauerit.

XII. *De eligendo theologum in consiliarium facultatis thaologiæ.*

Satuimus etiam & ordinamus, qoòd in electione consiliaturæ Thæologorum, si fuerint æquales in suffragijs,tunc eligantur per omnes de collegio inter illos tantum, qui fuerint pares in suffragis,aliter electio sit irrita,& in anis.

XIII. *De libris collegij foliandis per numerum & de emendis saluandis.*

Ad euitandas fraudes, & damna, quæ collegio euenire possunt,statuimus,& ordinamus,quod omnes libri collegij tam,de terminationum cappellæ secretæ quàm ordinarię aliorum numerentur per folia,& taliter scribantur,& subscribantur, vt inter subscriptiones,& scripta,nullo modo possit addi nec detrahi aliquid,& emendationes,si quę fuerint,ante subscriptionem saluentur,prout in omnibus pręcipit lex regia,alias Rector, ad cuius custodiã hoc pertinet puniatur pœna ducẽtorum ducatorum collegio applicandorum, & sit in habilis ad quodcunque officium,tanquam proditor Honoris collegij, quæ pœna seruetur in alio quocumque collega.

XIIII. *Quorum subscriptionibus dentur apochæ.*

In super statuimus,quòd quotiescumque per collegium datur,apocha. non subscribatur per aliquem donec prius subscribat ęconomus, ad quem spectat recipere, & petere de vita collegij (ac statim scribere,in libro receptorum collegij). Quod si contrarium fiat tam Rector quam cõsiliarij ipsi collegio,seu alij subscribẽtes huiusmodi apochã in solidum teneantur.& acriter per visitatorem puniantur.

XV. *Quod futuro Rectori dentur à prædecessore omnia per inuentarium et sic in reliquis domesticis officijs.*

Item statuimus & ordinamus, quod Rector à die suæ creationis infra quatuor dies sequentes cum consiliarijs omnia bona collegij à prędecessore relicta scripta per inuentarium recipiat, quod à nouis rectore, & consiliarijs subscriptum, verum, & approbatum in arca dicti collegij perpetuo seruetur. Libros autem, & cætera alia, quæ ad cameram rectoralem spectant illico reddat. Quod idem seruetur in quolibet officio collegij, cùm de nouo eliguntur, alias priniantur portione collegij per annum: quã pœnã collegiales sub pœna præstiti iuramẽti exequi teneãtur, inuentarij verò vtensilium refectorij, & coquinæ, atque cellarij, seu cuiuscunque officij copiam Rector penes se habeat, vt per illũ possit supellectilẽ huiusmodi visitare: quam visitationẽ per se, vel alium collegialem, semel saltem in ternis mensibus Rector facere teneatur, sub pœna solutionis eorum, quæ ex dictis vtensilibus perire contigerit.

XVI. *Quod singulis mensibus omnes conueniant.*

Item statuimus, & ordinamus, quòd in quolibet die primo vniuscuiusque mensis omnes collegiales cum Rectore in capella collegij, vel alio loco idoneo conueniant ad tractandum de negotijs collegij, & de redditibus, & possessionibus & reparationibus bonorum, & ædificiorum dicti collegij, ità, vt omnes sciant negotia, & bona collegij, & de alijs moribus collegialium reprehendendis, nec non eodem die libros bibliothecæ requirat, & à puluere excuti faciat, alias Rector, qui hoc facere omiserit sciat se esse priuatum à iusto portionis pretio per duos menses.

XVII. *De absentijs resumendis, & de tempore existentium in hospitio.*

Ad euitandas fraudes, & contentiones circa prolongationẽ temporis existentiũ in collegio statuimus, & ordinamus, quod eo ipso quòd in vltimo anno fuerit electus in cõsiliarium quòd tempus absentiarum, quod dictus collega pro negotijs collegij habebat censeatur consumptum, & finito tempore consiliatu-

ræ ixta formam constitutionis, In nomine Domini à collegio exire teneatur. Sed quia collegium loco patris est habendum conformãtes nos cum antiquis statutis, & traditionibus collegarum prædecessorum declaramus, quod vnusquisque sit extra collegij clausuram cum habitu, & insignijs collegij in cameris ad hospitium designatis per spatium vnius anni, vt est concessum, quo elapso possit prorogari ad sequẽtem annum, si placuerit maiori parti collegij, sed vlteriùs non possit prorogari, nec concedi, nisi ex magna, & vrgentissima causa, in qua omnes, nemine discrepante conuenire debent, qui tamen teneatur soluere ipsi collegio ex prefato tempore illud, quod adhuc est solitũ persolui, pro quolibet anno, videlicet quadraginta ducatos.

XVIII. *Pœna non subscribentis, quod à maiori parte collegij factũ est.*

Satuimus & ordinamus quod quotiescunque per maiorem partem collegij aliquid resoluitur cũ à toto collegio factum censeatur, Rector & alij teneantur subscribere præfatam determinationem etiam si ipse Rector, vel alius fuerint contrariæ sententiæ, sub pœna priuationis suffragij per annum.

XIX. *Qua pœna puniatur Rector aliquem ex voto priuans, nisi transactis prius triginta diebus.*

Statuimus, & ordinamus ad excludendas fraudes, & machinationes, quę possunt oriri, vt quotiescunque aliquis collega veniat priuandus, siue sit ex priuatione per constitutiones, siue alio quocunque modo ad effectum faciendi electiones, seu ad aliquem actum faciendum de collegio, non sit ausus Rector, nec alius priuationem executioni demandare, nisi ante huiusmodi actum faciendum triginta dies sint transacti, ex die notificationi, priuationis faciendæ, alias Rector, & cæteri de collegio incurrant in pœnam centum ducatorum quilibet ipsorum ipsi collegio applicandorum, & actus factus sine voce & voto collegæ priuati, sit nullius ponderis ac momenti.

XX. *De modo designandi collegam ad oppositionem cathedræ, et quando possit compelli.*

Statuimus etiam & ordinamus, quod quotiescunque in di-

cta vniuersitate, aliqua cathedra, vel substitutio vacauerit, & plures collegiales ad eam se opponere voluerint vnusquisque eorũ lectionem de materia sibi assignatam, per Rectorem, facere teneatur, post hæc vero, omnibus in capella congregatis, idem Rector ab eis iuramentum accipiat, quod eligent sufficientiorem, & magis idoneum, ad huiusmodi oppositionem, & cui maior pars adhęserit, opponatur ad cathedram. Si vero nullus collegarum velit se opponere possit capella compellere idoneorem ad oppositionem cathedrę. Nam ex varietate temporum cognouimus id conuenire collegio, & eius honori, ad quod maior pars cappellæ possit de bitam pœnam aponere recsanti.

XXI. *De termino claudendi edictum.*

Rursus statuimus, quod terminus edictorum prębendarum vacantium, nec claudi nec finiri possit, nisi prius informationes oppositorum, seu inquisitiones in capella examinentur & decorum habilitate sit discussum, taliter quod declarentur qui sint habiles, quod si aliter fieri contingat pro infecto habeatur, & terminus edicti per alios dies censeatur prorogatus. Quod, vt commodius obseruetur statuimus & ordinamus, quòd informationes statim quod alatæ fuerint in capella examinentur. Quod si ex aliqua iusta causa id statim fieri non possit saltim reponantur in arca collegij, ità quod nullo, neque breui tempore remaneãt penes informantes, aut collegiales.

XXII. *Quod nullus possit admitti nisi sit græduatus.*

Item statuimus, quod nullus possit ad collegiũ admitti, nec in collegam valeat eligi, qui non sit prius bacalaureus in tali facultate & ad minus post gradũ sint transea in quatuor anni vel adminus tres, etiam si fuerint præsentati per patronum.

XXII. *De officio portionarij.*

In super statuimus quod portionarius collega quotidie tam mane, quam nocte ponderatione carnis, & fructuum proportionibus refectorij interesse teneatur prout constitutio. 19. quinti

tomi

tomi sentit. Et etiam in portionibus diuidendis tempore prandij, & cœnæ: ne collegiales aliquam iacturã patiantur sub pœna priuationis portionis per decẽ dies, quod idem seruetur in casu constitutionis. 17. vbi de cura panis agitur: nec claues aut eius officia posit alteri quàm collegiali committi sub dicta pœna.

XXIIII. *Quod nullus possit graduarij per hanc vniuersitatem, nisi seruato priuilegio.*

Statuimus & ordinamus, vt nullus valeat gradum licentiaturæ recipere, vt sentit consti. 13. tom. 3. per hanc vniuersitatem, nisi obseruetur priuilegium collegio concessum per Adrianum sextum in eadem forma quæ fit cum collegialibus S. Bartholomæi, nec aliter fiat cum possint graduari in collegio iuxta prædictam bullam in quorum fidem Rector, & collegiales prædicti in originali se proprijs nominibus subscupserunt.

Q Qui-

XXV. *Quòd vota absentium valeant ad impediendam electionem, quocunque tempore.*

Finaliter vt maiori concordia, & consilio electiones fiant & fraudes violentiæq; Rectorum euitentur statuimus, quòd si collega absens reliquerit suffragium iuxta statutũ. 31. Sexti tomi: possit & valeat ille cui relictum est, eo vti ad impediendam electionem collegarum, capellanorum, & familiarium etiam si transacti fuerint quatuor menses absentiæ: alias electio facta sit nulla ipso iure, & Rector non admittẽs tale suffragium collegio sit ipso iure priuatus. Quę omnia statuta antiqua & noua nouiter electi omnino iurare teneantur: prout omnes iurant in quorum fidem iterum se subscripserunt.

Licentiatus D. Didacus Aldrete y Haro Rector. *Licentiatus Hieronymus de la Milla.* *Licentiatus Ioannes Quende.* *Licentiatus D. Antonius Ramirez de Mendoça.*

Magister Ioannes de Lazcano. *Licen. Don Egas Venegas Giron.* *Licentiatus D. Martinus de Ydiacayz.* *Doctor Petrus Gomez Contreras.*

Licentiatus Arias Gago de Figueroa. *Licentiatus D. Antonius Venegas,* *Licentiatus D. Thomas Ximenez Ortiz.*

Quibus diebus missæ, matutinæ, et vesperæ soleniter et in cantu collegij capella anno quolibet dici debeant.

In die natalis domini à vesperis vigilie vsque in diem sancti Iohannis inclusiue missa cum omnibus alijs horis soleniter celebrentur.

In die epiphaniæ missa & vesperę decantentur. Similiter fiat in die Circuncisionis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, & in Conceptione Annuntiatione, Natiuitate Assumptione Beatę Mariæ, per constitutionem. 5. 1. tomi. in Natiuitate Iohannis Baptistæ. Beatorũ Apostolorum Petri & Pauli, & Beati Iacobi Hispaniarum patroni, & omnium sanctorũ & cõmemorationis defunctorũ

In diebus epiphniæ, Resurrectionis, Pentecostes, corporis Christi, & Assumptionis virginis Marię matutinę in capella soleniter & in cantu dicantur.

Quibus diebus officium defunctorum collegæ solenniter celebrare tenentur.

Sexta die mensis Februarij, vesperę defunctorum decantentur. Cantentur etiam matutinę cum nouem lectionibus: sequenti die dicatur missa defunctorum pro redemptione patris & matris nostrorum.

Item die octaua & nona mensis Maij similiter dicantur vesperæ matutinæ & missa soleniter pro defunctis.

Item die vndecimo mensis Augusti. 1537. similiter dicantur vesperæ matutinæ & missa pro anima fundatoris nostri quibus diebus collegæ omnes defunctorum officium integrum persoluant.

Quo die missa pacis est celebranda.

Die septimo mensis Decembris qua Romana Ecclesia Beato Ambrosio festa persoluit capellani & collegiales in capella collegij missam pro pace & concordia collegarum & conseruationem collegij & pro bene factoribus domus soleniter celebrare teneantur.

Quibus diebus præter alios extraordinarios disponit constitutio 3 tomi. 3. duplicari portionem.

In festo Natiuitatis Christi, & in die epiphaniæ, & die Resurrectionis, die Ascensionis, Pentecostes, & in die Corporis Christi & in die Sancti Iacobi Zebedei, & die Assumptionis Beatæ Mariæ ac festo omnium Sanctorum.

FOR-

FORMA EDICTI PRAE-

bendarum vacantium.

VNCTIS pateat & innoteſcat huius publici Edicti tenorem legentibus aut audientibus, quòd in hoc ſacro collegio quod hic Salmaticæ, Apoſtolica authoritate erexit & conſtruxit atque Diuo Iacobo Zebedęo, ſumma pietate dicauit illuſtriſsimus ille quondam princeps Dominus Dominus Didacus Ramirez de Haro, cognométo bonæ memoriæ & potentiſsimorum Fernandi, & Iſabellæ, Catholicorum Hiſpaiarumque regum prothoſacerdos, & Regio Ampliſsimoque ſenatui Pinciano, præfectus, Aſtoricenſis, Malacitanenſis, & tandem Eccleſiæ Conchenſis, meritiſsimus præſul, vacant quatuor prębendæ collegialium, quarum duæ ſunt ſacroſanctæ theologiæ iudioſis, reliquæ vero vtriuſque iuris profeſſoribus deſignatæ, & vna capellaniæ ad quam admittuntur tam theologi quàm iuris canonici profeſſores. Ad quas vel earum quamlibet admitti cupientes, compareant coram Domino Rectore, intra triginta dies computandos à die decima vel vigeſima menſis. N. cauebunt tamen ne literas adferant commendatitias aut aliquem alium efflagitent aut requirant fauorem, ſed de ſua dumtaxat ſperent & confidant iuſtitia, quòd ſi ſecus faxint, erunt ipſo facto inhabiles pro tunc ſaltem vice, in quorum fidem hoc publicum inſtrumentum noſtro ſigillo & nomine obſignatum pro palam figendum curauimus. Datis in prædicto noſtro collegio die. N. menſis. N. Anno noſtræ ſalutis. N.

FORMA DEL INTERRO-

GATORIO POR EL QVAL SE HAN DE hazer, las informaciones de los oppoſitores, a las collegiaturas.

POR las preguntas ſiguientes ſean examinados los teſtigos que ſe reſcibieren, para la informacion de la limpieza y linaje de. A. hijo legitimo y natural de. B. natural de Villiſcuſa de Haro, y de ſu legitima muger. C. vezinos que ſon de la ciudad, dioceſis de Cuenca, oppoſitor que es al collegio mayor, que dicen de Cuenca.

PRimeraméte ſean preguntados, ſi conoſcen a, A. oppoſitor y anſi miſmo ſi conoſcen a, B. y a. C. ſus padres y ſi ſaben, que ſon y fueron vezinos, y naturales de Cuenca, y ſi ſaben que el dicho. A. naſcio en en el lugar de Mohorte, , y ſi conoſcieron a. D. y a. E. abuelos paternos del dicho. A. oppoſitor, los quales fueron vezinos, y naturales de Toledo, y anſi miſmo ſi conoſcen y conoſcieron a. F. y a ſu legitima muger. G. abuelos maternos del dicho. A. oppoſitor, y ſi ſon vezinos, y naturales de Victoria, y ſi ſaben y conoſcieron a todos los ſuſo dichos, o de donde fueron, y de que lugares.

Item ſi ſaben, que el dicho. A. es hijo de los dichos. B. y de ſu legitima muger. C. el qual es mayor de edad de veynte y quatro años, o de que edad es y donde ſe baptizo.

Item ſi ſauen, que el dicho. A. no es caſado ni deſpoſado, frayle, ni monje, ni tiene

orden alguna ni la ha tenido por donde sea o aya sido regular, y si otra cosa fuera los testigos lo supieran, o vbieran oydo dezir, y no pudiera ser menos.

4 Item si saben, que el dicho. A, es hombre de buenas y loables costumbres honesto, recogido, no mal acondicionado, ni reboltoso, y tal que podra viuir en communidad, y no a tenido ni tiene bubas ni otro mal cõtagioso, ni notable tal que induzca horror a nadie y si otra cosa fuera los testigos lo supieran, o vbieran oydo dezir, y no pudiera ser menos.

5 Item si saben, que el dicho. A. no tiene de renta en cada vn año en su patrimonio ni beneficio eccleſiastico ni prestamo ni pension ni en otros bienes de renta, en cada vn año, quarenta ducados, ni hazienda que lo pueda rentar.

6 Item si saben, que el dicho. A. no ha sido preso acusado ni condenado por la Sancta Inquisició, ni por otro juez por delicto de heregia, ni por otro delicto, o causa del qual se le aya seguido infamia ni ha sido ni es infamado de tal cosa, en publico ni en secreto antes ha sido y es bueno, y catholico Christiano, y por tal es auido y tenido, y commũmente reputado entre todas las personas, que le cognoscẽ, sin hauer oydo dezir, cosa en contrario.

7 Item si saben, que el dicho, A. es hijo legitimo, y natural de los dichos. B. y su legitima muger. C. los quales le vbieron y procrearon, durante su matrimonio, y por tal lo criaron, y trataron, y es hauido y tenido, y communmente reputado, entre las personas que le cosnoscen por tal.

8 Item si saben, que el dicho. B. padre del dicho. A. es hijo legitimo, y natural de. D. y su legitima muger. E. aguelos paternos del dicho. A. los quales lo vbieron, y procrearon, y recognoscieron, durante su matrimonio, y por tal lo trataron, y criaron, y es y fue auido, y tenido y communmente reputado, por tal entre todas las personas que lo cognoscen, digan lo que saben.

9 Item si saben, que el dicho. B. padre del dicho. A. y los dichos D. y su muger. E. aguelos paternos del dicho. A. ellos ni sus antepassados, ni ninguno dellos no fueron presos, accusados, ni condennados, por la Sancta Inquisició, por delicto de heregia, ni por otro juez, por delicto o causa de q̃ se les aya seguido infamia, antes todos loo sobre dichos han sido, y son buenos y catholicos Christianos, y por tales son auidos y tenidos, y communmente reputados, entre todas las personas que los cognoscen, y conoscierõ sin hauer oydo dezir cosa en contrario digan lo que saben.

10 Item si saben, que los dichos B. y D. y su muger. E. padre y aguelos paternos, del dicho. A, ellos ni sus antepassados, ni ninguno dellos no son ni han sido Moros, ni Iudios, ni quemados, ni reconciliados, ni finalmente, ningun genero de judaismo ni de otra qualquier seta reprobada, traen origen ni descendencia de tal casta, ni dello son ni han sido informados en publico ni en secreto, antes han sido y son Christianos viejos, limpios de toda mala raça, y ansi es publico y notorio, publica voz y fama, y commun opinion, y por tales son fueron hauidos y tenidos, y han sido communmente reputados. Y nunca los testigos supieron, ni oyeron, ni sospecharon, ni oyeron sospechar, ni dudar cosa en contrario, en publico ni en secreto, y si otra cosa fuera, los testigos lo supieran, o vbieran oydo dezir, y no pudiera ser menos, digan lo que saben, como y porque lo saben.

11 Item si saben, que la dicha. C. madre del dicho opposito. A. es hija legitima, y natural de. F. y su muger. G, aguelos maternos del dicho. A. los quales la vbieron y procrearon, durante su matrimonio, y por tal su hija la recognoscieron, criaron y trataron, y es y fue auida y tenida, y communmente reputada entre las personas que la cognoscen, y cognoscieron, digan lo que saben.

12 Item si saben, que la dicha. C. madre del dicho. A. y los dichos. F. y su muger. G. aguelos maternos del dicho opposito. A. ellos ni sus antepassados ni ninguno dellos, no fueron presos, acusados, ni condemnados, por la Sancta Inquisition, por delicto de heregia ni por otro juez ni delicto, o causa de que se les aya seguido infamia, antes han sido,

sido,y son buenos y catholicos Christianos,y por tales son auidos y tenidos,y cómun mente reputados entre las personas que los conoscen,y conoscieron, sin hauer oydo dezir cosa en contrario.

13 Item si saben,que la dicha.C.y el dicho.F.y su muger.G. abuelos maternos, del dicho opposítor.A.ellos ni sus antepassados,ni ninguno dellos, no son ni han sido Moros,ni Iudios,quemados, ni reconciliados,ni traen origen ni descendencia de tal casta, ni de otra qualquier seta reprobada,ni dello son ni han sido infamados, en publico ni en secreto,antes han sido y son Christianos viejos, limpios de toda mala raça de Moros,y Iudios,ni confessos,marranos,y ansi es publico y notorio,publica voz y fama, y commun opinion, y por tales Christianos viejos, y limpios han sido y son: y han sido auidos y tenidos,y communmente reputados, entre todas las personas, que dellos tienen y han tenido noticia,ansi en esta ciudad: como en todas las demas, que han viuido y viuẽ,y ansi es publico y notorio,publica voz y fama:y commun opinion: y por tales Christianos viejos,y limpios son y han sido tenidos: y nunca los testigos oyeron cosa en contrario:ni la supieron ni sospechecharon,ni vieron ni oyerõ sospechar,ni dubdar en publico,ni en secreto,porque si otra cosa fuera los testigos lo supieran, o vuieran oydo dezir,y no pudiera ser menos,digan lo que saben,y como, y porque lo saben.

14 Item si saben,que el dicho.A.como hijo,y nieto, de los susõ dichos padres y abuelos,es hauido y tenido,y communmente reputado,entre todas las personas que le conoscen por tal Christiano viejo,limpio de toda mala raça,de Moros, y Iudios, confessos,marranos,sambenitados,o penitenciados, y que no es ni ha sido el ni los dichos sus antepassados,infamados en publico ni en secreto,de cosa en contrario en todos los lugares que han viuido,y viuen,y dellos han tenido noticia porque si lo fueran los testigos lo supieran, o vuieran oydo dezir,y no pudiera ser menos,digan lo que saben.

15 Item si saben,que todo lo suso dicho es y ha sido verdad publico y notorio, publica voz y fama.

16 Item hara todas las preguntas,y repreguntas,a los testigos q̃ entendiere que conuẽga para saber la verdad,y ansi mesmo si es pariente dentro del quarto grado, de algun collegial que esta en el dicho collegio,o tiene otro impedimento,&c. Item hara pregunta a los testigos la general que dizen de la ley.Item por lo menos,han de ser examinados cinco testigos fide dignos. Item que despues de hauer hecho la informacion, ha de hazer otra aparte,de otros cinco testigos,de abono,de los de la probança, y los vnos y otros,se procure sean Christianos viejos,y no de officios viles,ni mecanicos, y sauer ansi mismo si los antepassados del opposítor han tenido los dichos officios biles como es si han sido porquerizos,pregoneros, berdugos,cortadores de carne, a otros de los quales se les aya seguido infamia.

El Licenciado Don Diego Alderete de Haro,Rector. *Licenciado Gerony-mo de la Milla.* *El Doctor San Iuan Lazcano.*

Forma del interrogatorio para los opposítores de las familiaturas.

1 PRimeramente sean preguntados, por el conoscimiento del dicho oppo-
2 sítor,y por los demas,como en la primera de los collegiales.
3 La segunda,como en la de los collegiales.
La tercera,ni mas,ni menos.
4 La quarta,ni mas,ni menos.
5 La quinta,ni mas,ni menos.
6 Item si saben,que el dicho opposítor es buen Christiano,temeroso de Dios, virtuoso,y bien acondicionado,y hombre de cõfiança,tal qual se requiere para viuir en communidad.

7 Item si saben, que el dicho opposítor el limpio, y sano, que no ha tenido, ni tiene enfermedad que sea contagiosa, y que no es casado, ni desposado, por palabras de presente, despues qne es opposítor y que no ha sido frayle professo, en alguna de las religiones approbadas ni clerigo de orden sacro, ni despues que es opposítor.

8 Item si saben, que es de edad de veynte años, y dende arriba, y que facultad estudia, y que tanto tiempo.

9 Item si saben, que el dicho opposítor sea pariente dentro del quarto grado, de alguno de los collegiales, que al presente estan en el dicho collegio, o que viue, o aya viuido cō alguno dellos despues que son collegiales, o antes que lo fuessen. En la de genere es como la de los collegiales en. 12. 13. &. 14.

RELACION VERDADE

RA DE LA CAVSA DEL COLLEGIO HE

cha por el Licenciado Don Antonio Ramirez de Mendoça, colegial del dicho collegio año. 1585. sobre el pleyto del beneficio de Villanueua de la Xara.

HA se de notar, que el año de. 1506. vn Philippo Palauicino, tenia la parrochial de Villanueua de la Xara, y el año de. 1509. le dieron vn obispado en Ayazo, en Corçega, y resigno la dicha parrochial en fauor de vn Iacobo Palauicino, sobrino suyo con reseruacion de todos los fructos quo ad vixerit cum regressu, & hoc fuit factum anno. 1509. tempore Iulij, 11. y el año de. 1518. constituyendo a este Iacobo, por coadiutor del obispado al Philippo, con reseruacion de todos los fructos: quedandose con el regresso y en esta deputacion reseruandose. 200. ducados de pension sobre la parrochial, a vn Esteuā, otro su sobrino a pagar despues de la muerte del Philippo, y no antes, *Sub his verbis postquam idem Iacobus, coadiutor & futurus electus in vim prouisionis & præfectionis eorundem post cessum vel descessum dicti episcopi, huiusmodi possessionem assecutus fuerit, & non antea ac successores suos &c.*

La nuestra desmembracion se hizo en el mes de Abril, viuiendo el mesmo obispo Philippo Viejo, el año de. 1523. *Cùm primùm dicta parochialis vacare contigerit per mortem, illam tunc obtinentis, & quam primū ædificia construi cœpta fuerint licet non cōpleta.* El Philippo murio año de. 1523. a. 9. de Iulio, y la gracia fue hecha a. 23. de Abril, año. 1523. y luego se começo a pagar la pēsion, y el la pago hasta el año. de. 1538. que vaco la parochial, por su muerte y entro nuestra gracia. La pension passo a los sucessores, hasta el año de. 1557. que vaco. El año de. 1541. a. 13. de Henero, se cometio la causa por el collegio, procurador Francisco Sanchez, y a cinco de Iulio, vino a la causa por el collegio o salio vn Ordoñez, siendo Rector el Licenciado Tello de Aguilar, y el año de. 1544. fue Muçeta, hermano de nuestra casa y començo a citar que no se auia hecho mas de la citacion, y articulo como Iacobo posseya y vaco por el y no lo prouo, saluo las partes que tocauan en quanto a los edificios y esto con los Aguileras de Salamanca. Començose a disputar la causa y lo primero dieron dela reuocatoria vnionum de Paulo. 3. quæ reuocat vniones factas quæ non sunt sortitæ effectum. Resoluiose que no ha lugar en las hechas a lugar pio. Diose dubio an collegium scholarium sit locus pius, tenuerunt Domini de Rota pro affirmatiua. De alli dixeron que, esta annexiō no era necessaria, ex quo episcopus tenebatur dotare collegiū. Resoluiose quæ fuit in dotem necessaria, quia assignata in erectione collegij, & pro sustentatione pauperum. Dieron en dar de nullidad de

las

las letras ob nõ expreſsionẽ veri valoris diziendo que la puſieron en quinientos ducados, y que valia mil. Pro parte collegij fuit ſatisfactum diziendo que el collegio expidio letras para ſi, y moſtro la ſuplicacion donde fue expreſſado el valor de mil. De alli dizen que ay diſcordancia in literis, ideo mittantur, ad corrigendũ, pretendiendo alguna diſcordia, a lo qual no vuo lugar. Citaró a ſentẽtia pro parte collegij tenido el termino, en el año de. 1549 murio el procurador del collegio, o lo mataron, y la cauſa ſe quedo haſta el año de. 1556. que Iuã de la Corredera, produxo el mãdato, y dexo eſtar la cauſa haſta el año. 1563. q̃ ſalio Iuã de Rojas. Y luego el de. 1564. ſalio Frãciſco de Auila, por el collegio, y como no pareſcia realiter por los inſtrumentos quiẽ tenia la parrochial, porq̃ hazia la fuerça en q̃ ſe prouaſe quiẽ poſſeya, hallo tomados vnos teſtigos, y examinados por el aduerſo, para prouar que la parrochial valia mil ducados, y dezian vnos que la tenia vn obiſpo Adiacẽ. y en eſto todos: mas vnos deziã, q̃ ſe llamaua Philippo, otros Iacobo, y el otro Thomas. Y como vido que ſe prouaua, que el Philippo era muerto, dize q̃ por el auia vacado, diſputoſe.

An ex inſtrumento & depoſitionibus teſtium conſtet de vacatione. d. Parochialis ex perſona Philippi ita vt intret, d. gratia. d. vnionis, non obſtante quod pro parte collegij fuerit articulatum vacaſſe dictam parochialem per Iacobum Palauicinum epiſcopum Adiacen. nihil fuit reſolutum: y como y a ſe auia hallado el inſtrumento de la coadiutoria, diſputoſe quando fue el Licenciado Buen Dia, que fue a. 18. de Mayo, de. 1565.

An ex literis Leonis. X. & depoſitionibus teſtium, quorum copiæ dentur conſtet quòd Iacobus Palauicinus, epiſcopus Adiacẽſ. obtineret in titulũ dictam parochialem ante datam vnionis de qua agitur: & quòd poſt. d. datam, parrochialis præfata vacauit per obitum. d. epiſcopi, ita vt per huiuſmodi vacationem intret gratia. d. vnionis.

Reſolutum.

Fuerunt. dd. varij, & qui tenebant cõtra collegium non adhibebant fidem literis Leonis tanquàm procedentibus ab aſſertione partis, & quia non dant titulum, ſed retentionem, opus eſt de alio titulo conſtare. Et ad teſtes reſpondebant non concludere de Iacobo: & qui de Iacobo poterant intelligi, non concludebant quòd obtineret parochialem tempore vnionis. Qui erant pro collegio, mouebantur ex. d. literis, quæ cum impẽ la expediũtur teſtium dicta ex literis. Sed quia tam ex teſtibus, quam ex literis videtur colligi quòd Iacobus, aut Philippus, obtinebant parochialẽ & tempore vnionis, & vterque eſt mortuus, nec datur alius quis fumus quod alius eam obtinuerit, aut quòd forſan tempore vnionis vacaret, videndum quid ex aduerſo reſpondeatur, quare hæc probatio non ſufficiat ad effectũ de quo agitur, cùm probatio etiam alternatiua ſufficiat, quandò vtraque pars alternatiuè concludit.

La parte dize, que forſan erat vacans, y que la bulla ibi (*Illam obtinentis*) impedia. Daſſe dubio an conſtet quòd Philippus Palauicinus, vel Iacobus, aut alius obtineret in titulum. d. parochialem ante datã vnionis, de qua agitur, & quòd poſt datam, parochialis prædicta vacauerit aliquomodo de perſona alterutrius prædictorũ Philippi, vel Iacobi, vel alterius, ita vt per huiuſmodi vacationem intret gratia dictæ vnionis, dd. fuerunt varij, nihil reſolutum.

Luego ſe dio otro dubio: An prædicta vnio intret, caſu quo parochialis tempore datæ vnionis vacaret, aut eſſet commendata, vel potius vnio ſit limitata ad perſonam illam tũc obtinentis, ita quòd ſi nullus obtinebat illam, tunc non intret dicta vnio.

Domini fuerunt varij, y viendo que por ninguna parte ſe pudo auer remedio de entrar, ni ſe hallauan los titulos, vuo ſe la remiſſoria y prouoſe por parte del collegio, y pareſcieron las bullas del año de. 1509. expedidas a. 23. de Henero, y con eſta probança la Rota eſtaua reſoluta, y citoſe ad ſententiam, guardoſe el termino el Iunio, de. 1567. y ſalioſe con eſta mala de penſion para daño del collegio. La burla fue grande, y nadie lo penſara por ſer la nueſtra perpetua. Dio la Ro

ta por nulla nuestra gracia, absoluiendo de lo que se le pedia al don Iuan de Rojas, por no auer hecho mencion de la pẽsion ex defectu intentionis Papæ, quia non sciuit de pensione, fueron disputados tres dubios. El primero fue.

An dicta dismembratio possit dici nulla, ex eo quòd non fuit facta mentio de dicta pensione. 200. ducaturũ licet maior pars fuit contra collegium, nil fuit resolutum. Mandarunt dari dubium.

An dismembratio & applicatio huiusmodi medietatis fructuum in fauorem collegij, debeat censeri facta sine præiudicio habentis aliam pensionem super eodem beneficio, & Rectoris, ita vt licèt non sit facta mentio de pensione. 200. ducatorũ, ipsa pensio sit deducẽda ex medietate fructuum dismembrata, & dicta dismembratio medietatis fructuum sustineatur, vel potiùs ipsa dismembratio sit nulla ob non factam mentionem dictæ pensionis. 200. ducatorũ, & alijs omissis petimus medietatem fructuum. Pars aduersa negat, dicens, quod gratia est nulla quia non fecimus mentionem de pensione, 200. ducatorũ antiqua, ex Casiodoro, de cis. 3. de pensionibus. c. mandatum de prę bẽdis vbi nõ videtur Papam vlle grauare Ecclesiam duplici onere. Nec sciuit Papa, argum. c. postulasti de rescriptis. Collegium dicebat quod non tenebatur facere mentionem quia pensio conditionalis erat, & de his quæ se habent ad esse. l. nõ esse non est faciẽda mentio. l. cedere diẽ &c. & in vnionibus perpetuis cessat. dũ modo remaneat Rectori ius suum saluũ. & facit decisio Putei. 3. de vnionibus & de scientia principis respondetur, non procedere in causa pia ex Couarru. in. c. indicante. num. 3. & conducit Albericus, in lege nauis. §. cum autem, num. 4. versi. item inducitur. ff. ad legem Rodiam de Iac. & de pensione conditionali, tradit Castiodorus, decisio. 24. nu. 1. in reg. & decisio Mohe. 62. non obstat, quia fundatur in stylo & Ioan. Pauli. 44.

Fuit resolutum nullam ex defectu intentionis.

Por parte del collegio, pretendiendo saluar este defecto por virtud de las clausulas generales, y el capitulo, Consultationibus de donatio. Y porq̃ hasta ver esto la Rota no estubo biẽ satisfecha, diose el dubio siguiente.

An dispositio. c. Consultationibus de donatio. habeat locum in dismembratione perpetua medietatis fructuum de qua agitur extantibus præsertim clausulis. d. dismembrationis, quarum copia detur.

DAns extraneo candelas, eiſdem priuetur, quandiu in collegio manſerit. tomo.3. cap.12. fo.25.
Deſcendens ex genere Maurorum vel Iudæorum non poſſunt eſſe collegæ. t.2.c.2. 14.
Detrahens, ſi ex detractione ſequatur infamia, puniatur arbitrio Rectoris. t.5.c.9.12.
Denuntiantes contra Rectorem ſi in probatione defecerint per annum priuentur. tomo. 5.c.14.in fine.45.
Diuites non poſſunt eſſe collegæ. t.2.c.2.14.
Dies electionis cuiuſlibet ponatur in libro. t.3. c.7.17.
Dies abſentiæ collegarum. l. capellanorum, & reuerſionis ponatur in libro ad hec deputato. t.3.c.15. 26
Diſputationes per collegas debent fieri bis in qualibet hebdomada. t.3.c.19.29.
Diſputatio non fit tribus feſtiuitatibus natalis Chriſti, & Reſurrectionis, Pentecoſtes, vt ſupra.
Diſpenſator ordinarius. l. extraordinarius vno anno electus non eligatur in ſequenti. tomo.4.c.2.in fine.31.
Diſpenſator maior quando eligatur. t.4.c.3.31.
Diſpenſator maior tenetur iurare. vbi ſupra.
Diſpenſator minor debet eſſe vnus de.7. familiaribus. vbi ſupra.
Diſpenſator minor tenetur iurare. ibid.
Diſpenſator minor conuictus de negligentia à collegio expellatur. ibid.
Diſpenſator extraordinarius quando, & quodo eligi debeat. t.4.c.4.31.
Diſpenſator extraordinarius tenetur iurare. ibidem.
Diſpenſator non ſoluens pecuniam debitam nouo, ſit priuatus quandiu non ſoluerit. vbi ſupra.
Diſpenſator maior rebditis rationibus tenetur quod debuerit infra menſem poſt diem S. Lucæ ſoluere, qui ſi non ſoluerit infra duos menſes collegio priuetur. t.5.c.15.45.
Diſpenſator minor idé ſicut maior. vbi ſupra.
Diſpenſator extraordinarius ſicut maior ſupra.
Dicens verbum iniurioſum, arbitrio Rectoris puniatur. t.5.c.6. 40.
Doctores in Theologia pręferuntur omnibus alijs. t.3.c.6. 22.
Doctores in diebus ſolennibus poſſunt vti alijs veſtibus maxime euntes ad conferendum gradum. t.3.c.11. 24.
Doctorando in vniuerſitate tribuantur quadraginta ducati. t.3.c.13. 25
Dormiens in camera alterius ſine licentia Rectoris collegio priuatur. t.5.c.11.42.
Duo eiuſdem ciuitatis non poſſunt eſſe collegæ. t.2.c.2. 14.
Duo conſanguinei intra quartum gradum nó poſſunt eſſe collegæ. ibid.
Duo conſanguinei Fundatoris poſſunt eſſe collegæ. t.2.c.2. 14.
Duo eiuſdem regni extranei non poſſunt eſſe collegæ. t.2.c.2. 14.

Index rerum.

Duo etiam ex prouincijs Viſcaię & Galiciæ nō poſſunt eſſe collegæ. Sed vnus duntaxat ex qualibet. to. 2. ca. 2. Prouinciæ autem diſtinguntur per linguam patetque ex Geneſis c. 11. ibi, ecce vnus eſt populus, & vnū eſt labiū omnibus.

Duo tantum ex vna diæceſi poſſunt eligi ſed debent diſtare loca quinque paraſangas ibid. præter natos in oppido de villeſcuſa, & ex diæceſi cōchenſi vltra duos præſentatos poſſunt duo vel tres eligi, ex prærogatiua epiſcopatus quia ex magna parte fructuum collegium fuit conſtructum. t. 1. c. 2. 7.

Duo Salmantini poſſunt eſſe collegæ, vnus Theologus, iuriſta vero alius. t. 2. c. 2. 15.

Duobus graduatis præferetur eodem gradu, qui prior fuerit receptus in collegio. tomo. 3. c. 6. 22.

Detractores arbitrio Rectoris puniutur. to. 5. c. 6. 40. qui deſtructores Dei dicuntur ſub eodem. c.

Debitor collegij ex quocunque officio intra menſem ſoluturus eſt interim priuatur portione. t. 5. c. 15. 45.

Dies ingreſſus attenditur quo ad antiquitatē, non gradus. t. 5. decla. 7. 55.

Debitor collega non poteſt ſe abſentare ſine licentia, & dato fide iuſſore, alias Rector tenebitur. t. 6. ſta. 1. 60. & tenebitur pignora dare, & liberare die D. Iacobi zebedęi ſub pœna priuationis. ibid.

Dies quo ſe aliquis abſentat, & redit ſcribatur, & ſubſcribatur per Rectorem. to. 6. ſta. 13. fo. 65.

E.

EConomus qualiter eligendus. to. 4. c. 2. 30.

Economus debet ſuſcipere omnem pecuniam redituum domus. vbi ſupra.

Economus tenetur reddere rationē diſpēſator in fine cuiuſlibet menſis, de receptis, & diſtributis. ibid.

Economus tenetur iurare de fidelitate obſeruanda, necnon quod pecunias mutuas non dabit, ſibi tantum poterit decem ducatos mutuo accipere. ibid.

Economus anno elapſo reddat rationē, & ſucceſſori infra 8. dies ſoluat reddita. ibid.

Economus interim quod non ſoluat ſucceſſori eſt ſuſpenſus à menſa. ibid.

Economus in vno anno electus in ſequenti eligi non poteſt. ibi. & idem in ordinario diſpenſatore & extraordinario.

Electio Rectoris & conſiliariorum quomodo fiat. t. 2. c. 4. 15.

Electio collegarū quando & quomodo fiat. t. 2. c. 6. 17.

Electio collegiaturę debet fieri intra triginta dies, à die vacationis. t. 2. c. 6. 17.

Electus in economum vno anno ſequenti non eligatur. t. 4. c. 2. 30.

Electio collegarum non fiat redditibus decreſcentibus. t. 4. c. 11. 36.

Eligentes iurare debent: t. 3. c. 6. 17.

Eligendi debent eſſe idoniores moribus, vita, & literatura, & paupertate. ibid.

Eligendi ſunt nobiliores. t. 5. c. 4. f. 48.

Electio erit validior cęteris paribus vbi fuerit vox rectoris. ibid.

Examen eligendorum quomodo, & quando fiat. t. 3. c. 6. 17.

Epiſcopus Aurienſis fuit primus patronus. to. 1. c. 2. fol. 7.

Epiſcopus exiſtens de ſanguine Fundatoris poterit præſentare. ibid.

Equitantes per ciuitatem caputio non vtantur. t. 4. c. 5. 32.

Extraneus non poteſt in collegio pernoctare. t. 3. c. 10. 24.

Extraneus non poteſt inuitari ad prandium nec ad cęnam. ibidem.

Extraneus nō poteſt conuenire collegam nec capellanum nec familiarem niſi coram rectore. t. 4 c. 1. 29.

Extraneus non admittatur adludendum in collegio. t. 5. c. 8. 41.

Exiens de collegio noctu per feneſtram ſit collegio priuatus. t. 5. c. 10. 42.

Executores bullę ſunt Arhiepiſcopus Toletanus, & Epiſcopus Segobienſis, & oxomenſis, vt in bulla. fol. 4. hodie autem quælibet perſona cōſtituta in dignitate poteſt nominari in executorem vt patet per proceſſum fulminatum. fol. 75. vigore clauſulæ cæterum. fol. 79.

Euchariſtiæ ante receptionem, à quibus abſtinendum? nec inter catholicos cōnumerabatur, niſi cōmunicaret paſcha Pentecoſtes, Reſurrectionis, & Natalis Chriſti. ſub. c. 12. to. 2. quando ibi.

Eligendus non ſit coniugatus. t. 2. c. 2. 14.

Electionis forma eodem modo fit in familiaribus vt in collegis. t. 2. c. 3. 15.

Eleemoſynæ quando faciendę. t. 4. c. 11. 36.

Electionem collegarum debent præcedere tres tractatus, ex tertio in tertium diem. to. 5. decla. 12. 58.

Electus nouiter tenetur ſoluere aut pignora dare ante ſui receptionem & intra 2. menſes liberare, alias ſuffragio capellæ interim priuatur. t. 6. ſta. 9. 61.

AEdificare nemo poteſt niſi de licentia Rectoris, & quæ in cubiculo fuerint poſita extahi non poſſunt ſub pœna. t. 6. ſta. 18. 68.

AEconomi officium quid ſit, & pœna non eligentis æconomum, & recipientis eius pecunias. t. 6. ſta. 20. 68.

Empta scribantur à dispensatore,& à recipiente. t.6.sta.21.69.
Economus quid facere debeat.to.6.sta.23.70.
Expelluntur à capella quorum negotium ibi tractandum tangit. t.7.sta.10.84.
Epistolę missiuæ coram quibus legi debent & missę infauorem non nisi ex consensu capellæ dentur. t.7.sta.11.84.
Electus in consiliarium collega vltimo anno sui collegij omnes absentiæ consumuntur.t.7.sta.17,86,
Edictorum terminus quando debeat claudi.t.7.sta.21.88.
Extraordinaria quibus diebus sunt facienda.t.7.90.ad finem.
Electionis in tertio tractatu, si sit resolutum quod fiat electio,si vnus dumtaxat sit habilis nihilominus debet approbari die sequẽti, si autem reprobetur non potest subsequi electio.t.7.102.ver.Ansi mesmo.
Economus qualiter det pecunias. t.7.102.

F.

FAmiliaris detur infirmo. t.7.c.9.23.
Familiaris inuitare potest ad prandium, patrem vel fratrem. t.3.c.10.24
Familiares vestiguntur panno punceo. tomo. 3.c.11.24.
Familiaris nouiter intrans tenetur suis comparare vestem sicut dictum est de collega supra verbo admissus.
Fercula vltra panem & carnem,& vinum,sit arbitrio Rectoris,& consiliariorum.to.3.c.3.19.
Fragmenta quæ supersunt mundè collecta pauperibus erogentur. t.3.c.7.22.
Hoc tamen fuit alteratum,vt patet ex mandato Fundatoris. t.5.c.6.48.
Frater collegę,vel capellani,vel familiaris, aut pater inuitari possunt ad prandium per vnum diem. t.3.ca.10.24.
Frumentum, & hordeum mense Septembris ematur. t.4.c.5.32.
Furans librum, pro prima vice, si sit collega per mensem priuetur à portione mensæ pro secunda collegio:si fuerit extraneus agatur contra eum actione furti. t.4.c.10.35.
Furans rem valoris vnius ducati per mensem priuetur, pro secunda vero per duos menses, & careat voce actiua,& passiua,pro tertia per annum,& ponatur in cipo. t.5.c.3.39.
Forma edicti præbendarum vacantiũ. tomo. 7.fol.91.
Fundator multa insignia fecit, & quot dignitates habuerit vide notam de nouo inter cõstitutiones insertam,& introclusam sub.ca. 6.t.1,fo.10.
Familiaris per se ipsum emat,cum electa sit industria sub iuramento. t.4.c.31.
Familiares ad vnum tantum annum eliguntur licet si visum fuerit quolibet anno de nouo possunt eligi. to.5.§.5.48
Familiarium absentia quanta sit. tomo. 6. sta. 15.66.
Familiarium qualitates, quales esse debeant. t. 7.sta.2.82.
Familiaris quid iurare debeat. t.7.sta.7.82.
Familiarium officium quale sit. t.7.sta.4.81.
Familiaris nullus comitetur collegialem extra ciuitatem abeuntem. t.7.st.5.83.
Familiarium informationes qualiter faciendæ. to.7.sta.6.83.
Forma interrogatorij per quod examinandi sunt testes ad informationes oppositorum. t.7.91.
Forma interrogatorij familiarium. t.7.93.
Forma mandati,quod collegium constituit ad faciendas informationes oppositorum. to. 7.103.
Festa quę sint vniuersitatis, in quibus variantur horæ dicendi missas & alia collegij per menses numerantur, & quot dies sunt lecti ui & alia. t.7.128.
Fœminam intromittẽs in collegio noctu ipso collegio priuatur. t.5.c.2.39.

G.

GRaduati præferuntur non graduatis in sessione mensæ,& alijs. t.3.c.6.22.
Graduatis in vniuersitate si sibi seruetur pręuilegium, & non alias dantur viginti ducati pro licentiatura, por doctoratu quadraginta. t.3.c.13.25.
Grauatus à Rectore ad consiliarios recurrat vt emendent. t.5.c.13.44.
Grauatus à consiliarijs recurat ad visitatorem tempore visitæ. t.5.c.13.44.
Granarius quomodo &quando fiat.tomo .4. c.5.32.
Graduandi potestas in bulla. fol.3.
Grati debent esse collegæ. t.2.c.10.12.
Graduatus debet esse qui ad collegium se opponit:& post gradum sint transacti tres, vel quatuor anni. t.7.sta.22.88.
Graduari nullus possit,per hanc vniuersitatem nisi seruetur priuilegium de quo in t.3. consti.13.sta.24.t.7.89.
Gradum recipere volens Rector quis ei debet dare.t.7.102.ver.(quiriendo.
Granatæ Regnum includitur sub regno Castellæ, quod fuit ereptum ex manu infidelum 2.die Ianuarij anno.1492.

H.

HAbentes in redditibus pluſquam viginti ducatos tenentur exire à collegio.to. 2.c.2.14.
Hodie autem ad quadraginta ducatos eſt extenſum. t.5.de.§.1.. tomo.1.fol.53.
Hora prandij quæ ſit. t.3.c.4.20.
Hora cęnæ. ibid.
Hora prandij,& cenę portæ ſint clauſæ.tomo. 3.c.5.21.
Hora prandij legatur biblia. t.3.c.7.22.
Hora cænæ dialogi.l.moralia Gregorij.l. libri hiſtoriales legantur. ibid.
Hora collationis ſit hora cęnę,vel alia ſi videbi tur Rectori & collegis. t.3.c.8.23.
Humanitatis libri legi poſſunt à collegis. to.2. cap.1. 13.
Honeſti debent eſſe collegiales, ita vt nullatenus de inhoneſtate notari valeãt.t.4.c.8.34. vnde deambulantes per ciuitatem nullo modo alicui facetiam inhoneſtam dicere licet. t.5.c.1.ſub verbo turpia:
Habitus acquiritur per collegam, ſi quolibet anno in feſto S. Lucæ ſit præſens. tomo. 5. §.1. 47.
Hora cęnæ in diebus feſtiuis, & in veſperis feſtorum ſit octaua noctis hora, & ex die Reſurrectionis vſque ad diem S. Lucæ in tantum feſtis ſit hora quinta. t.5.decl.1.55.
Honor collegij eſt quod collegiales legant in ſcholis,ad quod compelli poſſunt,ſi ſufficiẽtes ſint:ſub pæna 4.florenorũ contra Rectorem non compellentem. t.5.decla.15. 58.
Hora cænę, & prandij clauſura ſeruetur.to.6. ſta.24.70.
Habilibus non datis qualiter Rector eligatur. t.6.ſta.29.73.
Hoſpites poſſunt eſſe in collegio, poſt lapſum tempus collegij cum habitu per annum & prorogari poteſt ad ſequentem ſi maiori parti collegij viſum fuerit, amplius ſi omnes conuenerint,& pro quolibet anno iſtorum debet ſoluere.40. ducatos. tomo. 7.ſta.17.86.

I.

IAnitor ſit fideliſſimus de toto collegio. to: 3.c.5.21.
Ianitor tenetur tradere Rectori claues. vbi ſupra.
Ieiunium eccleſiæ eſt ſeruandum à collegis.to: 3.c.8.23.
Informatio admittendorum qualiter fiat, & quibus expenſis. t.2.c.2.14.
Infirmus tenetur confiteri intra triduum,& ſacramentum euchariſtiæ ſuſcipere.t.3.c.9.23.
Infirmo pauperi duplicatur portio. ibid.
Infirmus infirmitate grauante ponatur extra collegium, ibid.
Infirmo infirmitate contagioſa pauperi omnia neceſſaria extra collegium miniſtrentur ibidem.
Infirmus vltra tres menſes poteſt patriam viſitare. t.3.c.9.23.
Infirmo datur familiaris ad ſeruiendum. vide ſupra verbo familiaris.
Infirmis dantur omnia neceſſaria ſecundum conſilium Medici. t.4.c.7.33.
Inuitantes extraneos ad prandium, vel ad cęnam priuantur per menſem.. t.3.c.10.24.
Inuitantib us patrem, vel fratrem datur panis tantum à collegio. t.3.c.10.24.
Inſtrumenta,& omnia collegij ſint in archiuo. t.4.c.9.34.
Inobediens Rectori tandiu ſit priuatus quãdiu ſit inobediens. t.5.c.7.infine 41.
Iniuriantes Rectorẽ verbo tantum per hebdomadam priuentur,pro ſecunda per annum, pro tertia collegio priuentur. t.5.c.12.43.
Inijciens manus violentas in Rectorem collegio priuatur. ibidem.
Iuramentũelecti in collegam ponatur in libro. t.3.c.7.17.
Iurabit cuſtos ornamentorum. t.ca.61.11.
Iurare debent collegæ in electione collegarũ. tomo.3.c.6.17.
Iurare debet rector & conſiliarij. t.3.c.5.16.
Iurare debet æconomus de fidelitate obſeruãda. t.4.c.2.30.
Iurare debet diſpenſator maior, & minor de fidelitate obſeruanda. t.4.c.3.31.
Iurare debet etiam diſpenſator extraordinarius. tomo.4.c.4.31.
Iurare debet quilibet officialis de collegio de fidelitate habenda. ibidem.
Iurabunt omnes collegæ de obediendo viſitatori. tomo.4.c.13.38.
Iurare debet viſitator quod in viſitatione vtilitatem,& honorem collegij procurabit,collegium,& collegas reformabit,& quod ſecreta collegij & in viſitatione contenta in perpetuum nullibi reuelabit.t.4.c.12.infine.37.
Iurare debent in electione Rectoris,& conſiliariorum,eos fore eligendos quos ad vtilitatẽ collegij magis idoneos cognouerint.tomo. 2.c.4.15.
Iurabunt Rector, & conſiliarij nouiter electi quod ſtatuta collegij inuiolabiliter obſeruabunt & ab alijs obſeruari facient & de fidelitate in officio obſeruanda. to.2.c. 5.16.
Iurare debet nouiter electus in collegã quod ſtatuta collegij edita, & edenda obſeruabit: & quod infra menſem receptionis legere curabit. t.2.c.7.17.
Iurabit collega reuocationem mutationem cõ

ſtitutionũ nunquam procurabit, nec requiſitus conſentiet, & contrarium reuelabit. ibid.
Iurare debet collega nouiter electus quod ſecreta collegij alicui non reuelabit. ibid.
Iurare debet collega obedientiam Rectori, & reuerentiã, & quod collegio nunquã aduerſabitur. ibid.
Iurare debent quod eos qui ſunt ex ſanguine Fundatoris pro poſſe honorabunt nec cõtra eos erunt niſi ſua iura proſequantur. ibid.
Iuramenta collegarum nouiter receptorum ſcribantur in libro deputato, qui receptionum appellatur, qui ſit affixus intra archiuum, & ſubſcribatur manu propria. to.2. c.7.in fine.20.
Iurans per Deum, vel Virginem, vel Sanctos proqualibet vice, vno regali punitur. to.5.c. 1.fol.38.
Iurans falſum pro prima vice per menſem priuetur, pro ſecunda, per annum pro 3.prebiẽnium. t.5.c.7.41.
Iudex prẽter Rectorem non poteſt ſe intromittere in cauſis collegarum, & quid quid fecerit eſt irritum & inane. t.4.c.1.fo.30.
Imfirmo indiſtinctè omnia miniſtrantur. to.3. cap.9.23.
Inhabilitas quæ ſcitur poſt electum collegam, ſeu quocunque tempore expellitur à collegio, & in foro conſcientiæ tenetur collegiic electus reſtituere collegio omne illud quod ab eo receperit, & etiam alimenta. t.5. decl.14.58.
Iocalia non commodentur ſub pœna 10. florenorum Rectori ſi proponat imponenda. t.6. ſtatu.1.61.
Informationes oppoſitorum nullo modo dari poſſunt, nec demonſtrari, & quando poſſint ponit ſtatutum. 27.t.6.73.
Iurare tenetur nouiter electus ſtatuta antiqua, & noua. t.7.ſta.25.89.
Inuitare poſſunt ter aut quater per Rectorem quibus collegium debeat dum conuiuarum numerus, quaternarium non excedat. t. 3.ca. 10.fol.24.
Iciunatur in omnibus ſextis ferijs totius anni ob reuerentiam paſſionis. t.3.c.8.23. Dies autem extraordinarij quibus de vſu iciunatur in collegio ſunt. Vigilia purificationis Virginis Mariæ, conceptionis eiuſdem, & annũtiationis eiuſdem, & viſitationis & natiuitatis, & expectationis quoque.

L.

LEgiſtæ in paritate graduum præferuntur medicis in ſeſsione menſæ & alijs. to.3. ca.6.22.
Legiſtæ æqualiter graduati præcedent, qui prius in collegio receptus eſt. ibidem.
Lectio quę debet fieri hora cænæ, & prandij fiat per collegas hebdomatim. to.3. c. 7.22: qualiter autem hoc conſtabit, ex affixione tabellæ poſitę in loco legentis inſinuabitur.
Lectione in refectorio facienda, interim ſilentium habendum. ibidem.
Legens in prandio legat in cœna. ibid.
Libri humanitatis legi poſſunt per collegas, ſupra verbo humanitatis.
Licenciato faciẽdo in vniuerſitate, ſunt tribuẽdi viginti ducati, doctori autem quadraginta. t.3.c.13.25.
Liber debet eſſe in arca, in quo abſentiæ, & alia ponantur. to.3.ca.15.in fine.27.
Liber receptionis collegarum ſit in archiuo ſub magna cuſtodia, & ponatur ibi dies electionis & nomen electi. t.2.c.7.20.
Libri collegij qualiter debeant eſſe in bibliotheca. to.4.c.10.35.
Libri non poſſunt extrahi à bibliotheca. ibid.
Loquẽtes ſermone Hiſpano in locis prohibitis duobus marapetinis multetur. t.3.c.17.27.
Lotrix ſit ſalariata ad lauandas veſtes. t. 4.c. 8.fol.34.
Loquẽtes turpia à quolibet corripiantur. to. 5. cap.1.38.
Ludus eſchacorum, & pilæ non prohibentur collegis. t.5.c.8.41.
Ludus pro pecunia non permittitur. ibid.
Ludus alearum, & chartarũ prohibentur collegis niſi de licentia Rectoris, aliquibus feſtis. ibidem.
Licentia non petita, & obtenta nullus poteſt ex collegio abire, ſub pœna, perſonaliter, à Rectore, & conſiliarijs, vel eorum maiori parte. t.6.ſta.13.65.
Libri collegij debent per numerum foliari, & emendæ debent ſaluari, ſub pœna. tomo.7. ſta.13.85.

M.

MAior pars ſemper præualet. t.5.c.3.8: & t.2.c.4.16. & t.2.c.6.7. t.4.c.2.30.
Maior pars dicitur cui accedit Rector, quando vota ſunt paria. ibidem.
Matutinæ quando dicendę. t.1.c.5.9.
Matutinę miſſæ veſpere quando dici debeant. to.7.fol.90.
Magiſtro faciendo tribuuntur 40. ducati. t.3. cap.13.25.
Medici prẽferuntur in ſeſsione menſæ artiſtis in paritate graduum. to.3.ca.6.fo.22.
Medicus extraneus ſit ſalariatus ad curandum infirmos. t.4.c.7.33.
Medicus tenętur iurare in principio cuiuſlibet anni. t.4.c.7.33.

Missa quotidiana debet inchoari ita quod ante tempus intrandi in studio finiatur.t.1.c.5.9.
Missa quando debeat cantari vbi supra. ibid.
Missa pro pace quando dicenda. t.1.c.6.10.
Missa quotidie est audienda à collegis.tomo.1. c. 11.12.
Moriens in collegio si pauper sit expensis collegij sepeliatur. t.3.c.9.23.
Modus habēdus in disputationibus.t.3.c.19.29
Mula sit in collegio. t.4.c.5.32.
Mustum ponatur in penu mense octobris. ibidem.
Mulier cameram collegę intrare non potest. t. 5.c.23.9.
Mulier non potest pernoctare in collegio alias collega collegio priuatur. ibid.
Murmurantes pœnam impositam à Rectore illis duplicatur pœna. t.5.c.12,43.
Monitus per Rectorem ne nutriat barbam, à portione mensæ per.3.dies priuetur. tomo. 4.c.8.34.
Musica licita est dummodo fiat sine scandalo & debitis horis ac clausis ianuis. t.5.c.9.42.
Mandatum Fundatoris per quod creatur Patronus ponitur ad litteram. t.5.c.48
Moriens collega tenetur decem ducatos collegio relinquere. t.6.sta.19.68.
Menses,& dies quomodo computentur .to.7. sta.9.84.
Mensibus singulis omnes debent conuenire in capella,ad tractandum de negotijs collegij,& de libris visitandis sub pœna.tomo.7. sta.16.86.
Missę matutinę & vesperę quibus diebus dicēdæ in pella quolibet anno. t.7.90.
Missa pa cis quando celebranda. t.7.90.
Missa per collegas in capella, in parochia audita athedrali audire non tenentur.t. 7.fo.101.ver.item per aliam,nisi vt ibi.
Maculas inquisitionis proueniēs ex affinitate, vt si sit pœnitentiatus non impedit oppositorem.t.7.fo.100.ver.que ningun.

N.

Nomen electi scribatur in libro.t.2.c.7.17.
Notarius sit salariatus. t.4.c.7.33
Notarius tenetur iurare in principio cuiuslibet anni. ibid.
Notarius,aut tabellio instrumentum ad minus per quinque testibus comprobatum debet adesse. t.2.c.2.14.
Numerus collegarum quis sit.t.2.c.1.13.& vide. t.5.cap.11.in declarationibus.fol,57.
Numerus familiarium quis sit. t.4.c.3.31.
Nullus potest prandere in camera. t.3.c.7.22.
Nutriens barbam monitus à portione mensæ priuetur supra in verbo monitus.
Nati Salmanticæ possunt esse duo electi siue sint Iuristæ,vel Theologi. decl.3.t.5.54.
Nouiter electus tenetur statuta antiqua & noua iurare. t.7.sta.25.89.
Notitia,seu relatio vera litis,& causæ quæ habetur circa vnionem beneficij de villa nueua dela xara. 94.
Nobilis cęterisparibus sub pœna periurij est eligendus.t.2.c.6. fol.17.iuncto.ca.4.to.5. fol. 48.& inter nobiles nobilior ibid. & sub eodem.

O.

Oppositor prębrendæ tenetur vnum textū ex sua facultate per vnum diem ante sibi signandum interpretari.t.c.2.6.17.assignatio autem non fit ex voluntate assignantiū, sed casualiter, tribus libri partibus apertis instrumento incisis,& ex illis tribus partibus textū eligit D.Rector,& oppositor eligit ex tribus à Rectore electis vnum ad cuius assignationem per Rectorem faciendam vocantur de stylo consiliatij.t.4.ca.6.ver.& singula facere.33. & de stylo vocatur etiam antiquior ad videndam assignationem. Canoni stæ,& legistæ,in decretalibus: Theologi vero in magistro sententiarum sunt examinandi,& tres iuniores ex illa facultate obijciunt contra dicta in lectione vnusquisque tribus argumentis.
Oppositori non fiat informatio de genere nisi prius se subscribant, & legant,nisi aliter iustissima causa collegio videat.t.7.sta.7.84.
Oppositor cathedræ prius debet examinari, quando sunt plures,& quando compelli possint. t.7.sta.20.87.
Oppositor ad collegium nō potest admitti nisi sit bachalarius,& tres, vel quatuor anni sint transacti. t.7.st.22.88.
Officium defunctorum quibus diebus celebrare teneantur. t.7.90.
Optans iter pro locandis rebus collegij nō per optionem communem sed ex omnibus eligitur idoneor.to.7.102.& clarius aduertirur.t.7.125.ver.y en quanto a la aduertencia.
Optare non potest Rector aliquod negotiū. t.6.sta.26.72.
Obedientia est præstanda Rectori nouiter electo.t.2.c.4.16.
Occultus excessus occultē puniēdus.t.5.c.1.38.
Officium defunctorum quando in cantu dici debeat.t1..c.6.10.& t.7.fo.90.
Officium defunctorū quando integre teneantur collegę persoluere. t.1.c.6.10.
Officium defunctorum quolibet die dicendū est à collegis. t.1.c.10.12.
Officium dispensatoris quod sit. t.4.c.3.31.
Officium æconomi quod sit. t.4.c.2.30.
Officium dispensatoris extraordinarij quod

sit. t.4.c.4.31.
Officium granarij quid sit: t.4.c.5.32.
Ornamenta capellę à quo debeant custodiri vide supra.ver. capellani.
Obitus Fundatoris quo die fuit, & epitaphia sculpta super eius sepulchrum, inuenies de nouo introclusum, inter constitutiones. t.1. sub.ca.6.10. & ideo de licentia Rectoris & collegarum fuit hic positum, ad conseruationem perpetuę Fundatoris memoriæ ex archiuo ecclesiæ maioris Conchensis fuit allatum. anno.1585.
Oppositoribus æqualibus nobilior eligitur. to. 5.§.4.48. data paritate iuxta cõstitutionem. c.6.t.2.fo.17.
Oppositor ad cathedram nullus esse potest nisi prius per capellã approbetur sufficientior t.6.sta.6.61.
Officiales collegij non possunt dimitti nec recipi per rectorem solum, sed per consiliarios, & duos antiquiores, & tales recipiendi dẽt fideiussores. t.6.sta.16.66.
Opponentes se ad alia collegia qui sunt iam recepti qua pœna puniantur. t.6.sta.17,67.
Officium defunctorum fit pro quolibet collega moriente. t.6.sta.19.fo.68.
Officium œconomi est recipere Redditus, & debita collegij reddere, & statim scribatur in libro collegij. t.6.sta.20.68.
Optans informationem debet à capella approbari danturque illi pro singulis diebus duo ducati dum modo secum afferat duos famulos equitantes & non alias. In negotijs vero collegij.18. argentei dantur. tomo.6. sta.22.70.

P.

PAtronus sit ex familia Fundatoris. tomo.1. .c.2.fo.7.
Patronus quis sit. ibid.
Patronus potest præsentare duos, legistam vnũ, theologũ vero vnũ: vnum, qui sit natus in oppido de villescusa ad quod præcise tenetur, alias vndecumque. ibid.
Panis tantum detur quantum naturæ sufficerit. t.3.c.3.19.
Pater collegæ, vel capellani, vel familiaris potest inuitari. t.3.c.10.24.
Panis detur inuitanti patrem aut fratrem. ibidem.
Pœna non audientium rem diuinam. tomo.1. cap.11.12.
Pœna non cõmunicantium in capella. tomo.1. cap.12.12
Pecunia ponatur in arca minori. t.4.c.39.64.
Pecunia posita in arca si excedat quantitatem 300 ducatorũ eleemosyna erogetur pauperibus in die natalis Christi, & in resurrectione. t.4.c.11.36.
Percutiens aliquem de collegio leuiter cum armis, si sanguis non exeat per annum à portione mensę priuetur, si vero sanguis effundatur ipso facto collegio priuetur. t.5.c.4.39.
Percutiens aliquẽ extraneum intra collegiũ per 6. menses, si extra collegium per.4. menses priuetur: si tamen percussio fuerit atrox collegio priuetur. ibid.
Periurus qui non seruat statuta in quibus pœna periurij imponitur qualiter puniatur. to. 5.c.7.41.
Portio collegarum sit 24. vnciæ carnis arietinę seu vitelinę. t.3.c.3.19.
Portio non detur in pecunia vbi supra.
Portio dupliciter & quando. t.3.c.3.20.
Portę collegij claudantur occidente sole pulsata prius campana. t.3.c.5.21.
Portæ aperiantur cum dies sit. ibid.
Portę postquam semel clausę sunt nullo modo possunt aperiri. ibid.
Præsentati per patronum debent habere qualitates requisitas per constitutiones. t.1.c.2.7.
Præsentati possunt esse consanguinei inter se dummodo sint consanguinei Fundatoris vbi supra.
Præsentati si consanguinei Fundatoris sunt nõ possunt esse Rectores. t.1.c.2.7. & t.1.c.4.16. si vero nõ sunt ex sanguine fundatoris possunt. t.1.c.2.vers. (sed ne ex hoc in superbiã efferatur).
Prandens in camera sine licentia Rectoris priuatur portione per decem dies. t.3.c.7.22.
Priuati à portione nil à collego habent præter panem, & aquam. t.3.c.10.24.
Priuati propter non solutas pecunias nil omnino à collegio habent. t.5.c.15.45.
Procurator salariatus sit in collegio. t.4.c.7.33.
Procurator tenetur iurare in principio anni ibidem.
Priuilegia collegij sint in arca. t.4.c.9.34.
Psalmi pœnitentiales qualibet hebdomada dicendi. t.1.c.10.12.
Publicus excessus publicè est puniendus. ibid.
Pecunias recipiens pro eligendo, seu pro eius voto vide verbo recipiens pecuniam.
Potestas creandi Patronos, & præsentationes, per bullam fuit concessum. fol.1.
Pœna non excedens octo dies priuationis, seu ducatũ ad consiliarios non apellatur. tomo. 5.§.3.47.
Portionistæ sex esse possunt inter quos quæ ex prandio & cœna superfuerint diuidantur. t.5.§.6.48.
Prandere, aut cœnare extra collegium non possit, ni-

sit nisi cum licētia D. Rectoris, & in monaste rio, aut cum prelato sub pœna. 2. mensium priuationis mensæ. t. 6. sta. 4. 60.
Priuatus voto vide infra verbo votum.
Porcionarij officium quale sit & quid teneatur facere. sta. 22. t. 7. 88.
Pauper cęteris paribus sub pœna periurij esteligendus. t. 2. c. 6. fo. 17. quibus collegium fuit constructum, vt in proęmio, versic. pro pauperum scholarium sustentatione. folio. 1. Nam qui miseretur pauperis beatus erit: paupertas enim, & honestas à Deo est. Pauper autem dicitur vt collega esse possit, si habuerit tantū 40. ducatos in redditibus annuatim. t. 5. decla. 1. 57. deductis expensis in recollectione eorum, & in vehendis vt ad. l. 1. n. 6. ver. pone de fructibus & litium expensis. C. Baldo visum fuit.

Q.

QVi preces pro se oppositore existens tulerit sit ipso iure, illa vice inhabilis t. 2. cap. 3. fo. 15.
Quando collegæ teneantur confiteri. tomo. 1. cap. 12. 12.

R.

REctor eligitur die sancti Lucæ. tomo. 2. cap. 4. 12.
Rector vno anno electo in duobus annis sequētibus nō valeat, nisi sit approbatus à duabus partibus, ex tribus capellæ. t. 2. c. 4. 16.
Rector officium Rectoriæ contumaciter non acceptans collegio priuatur. ibid.
Rector nouiter electus tenetur iurare quod cō stitutiones seruabit. t. 2. c. 5. 16.
Rector non potest esse Salmantinus. tomo. 1. c. 2. 7.
Rector non potest esse consanguineus fundatoris. t. 1. c. 2. 7.
Rector facit maiorem partem quando vota sunt numero paria. t. 1. c. 3. 8. & t. 2. c. 4. 15. & c. 6. 17. & t. 4. c. 2. 30.
Rector renetur cōfitteri, ter in anno & corpus Christi assumere. t. 1. c. 12. fo. 12. collegæ vero bis licet seruare deberent, ita vt ter etiam cōfiterentur & comunicarent ibid.
Rector tenetur inhibere collegis sub pœna prę stiti, vt impedimentum admittendorum denuncient. t. 2. c. 6. 17.
Rector bis in anno, scilicet mense Maij & nouembris visitabit cameras collegarum. to. 3. cap. 1. fol. 20.
Rector tenetur visitare portas collegij de nocte postquam fuerint clausæ. t. 3. c. 5. 21.
Rector sedeat primus in mensa. t. 3. c. 6. 22.
Rector non tenetur legere hora prandij, & cęnæ. t. 3. c. 7. fo. 22.
Rector distribuat esculētum priuatum discumbentibus. ibid.
Rector potest ter aut quater inuitare in anno dum tamen numerus inuitatorum quaternarium non excedat. t. 3. c. 10. 24.
Rector non tenetur collegio exire etiam si durante officio Rectorię finitum sit tempus 8. annorum per quod potest existere in collegio, imo potest persistere vsquæ ad natiuitatem Christi alterius anni. t. 3. c. 14. 26.
Rector tenetur impendere pecunias solutas per loquētes sermonem Hispanum, in opus pium. t. 3. c. 17. 27.
Rector tenetur monere Theologos saltim ter in anno, fidelibus verbum Dei proponere. t. 3. c. 18. fo. 28.
Rector non datis habilibus qualiter eligatur. t. 6. sta. 29. 73.
Rector semper debet adesse disputationibus. t. 3. c. 19. 29.
Rector tenetur causam determinare simpliciter & de plano. t. 4. c. 1. 29.
Rector cum cōsiliarijs possunt supplere defectum circa seruitia domus. t. 4. c. 6. 33.
Rector habet vnam clauem arcæ. t. 4. c. 9. 34.
Rector habet vnam clauem arcę minoris. ibid.
Rector alapa aliquem percutiens à consiliarijs puniatur. t. 5. c. 13. 44.
Rector non priuans collegio exeuntem noctu per fenestram de collegio priuetur ipso facto. to. 5. cap. 10. 42.
Rector negligens in imponendis pœnis pro prima vice per hebdomadam priuetur, pro secunda per triduum, qui si negligens sit in obseruatione statutorum & constitutionum ter monitus deponatur Rector. to. 5. ca. 14, fol. 44.
Rector pecunias, quas ab alio receperit solutas tenetur thesaurario statim reddere quod si non fecerit per annum priuatur. t. 5. c. 16. 46.
Receptus in vna facultate non potest se ad aliā transferre. t. 2. c. 1. 13.
Regulares non possunt esse collegę. t. 2. c. 2. 14.
Recipiens pecuniam pro electione, seu pro eius voto statim ipso collegio priuetur. t. 2. cap. 3. 15. & merito, nam vt Cicero ait male enim se res habet cum id quod virtute effici deberet pecunia fiat.
Recedens à mensa ante vltimam benedictionem sine licentia Rectoris die sequenti portione priuatur. t. 3. c. 4. 20.
Redditibus crescentibus residuū factis expensis ordinarijs, & extraordinarijs ponatur in arca minori. t. 4. c. 11. 16.
Reddibus decrescentibus minuuntur expensę extraordinariæ, & postea ordinariæ. ibid.

Rixãtes intra collegium arbitrio Rectoris puniantur. t.5.c.5.fo.40.
Rixãtes venientes ad verba per mensem priuẽtur. ibidem.
Rixãtes qui non possunt sedari per Rectorem: puniantur per visitatorem, qui si non iustitiã miniſtrauerit ad Patronum recurratur. to.5. cap.13.44.
Rector non potest esse qui à die suę receptionis non annus, & dimidius transierit. to.5. declara.10 57.
Rector qualiter non datis habilibus eligatur. t. 6.sta.29.73.
Rectoriæ officium sors mittitur inter tres. t.5. decla.11.fo.57.
Rector ante finitum officium faciat prouisiones, sub pœna 10.florenorum. t.6.sta.2.60.
Rector nullum negotium optare potest. to.6. sta.26.72.
Rectori futuro dentur omnia à prædecessore per inuentarium & idem in reliquis officijs. t.7.sta.15.86.
Rector priuans voto aliquem punitur nisi prius transierint 30.dies ante actum faciendũ. t.7.sta.19.87.
Relatio vera litis collegij circa vnionem beneficij de villa nueua de la xara, & quid faciendum. t.7.94.& 99.
Rector qualiter eligitur. to. 7.102. vers. en election se meten los nombres.
Rectore infirmo vel absente quis eius vices teneat. t.4.c.19.29.

S.

SAlmanticæ viget insignis vniuersitas, & studium generale. fo. 1. in principio bullæ. De cuius laudibus, & ambitu scribit Lucius Siculus Marineus in historia sua antiquiori. fo. 11. & de laudibꝰ Illustrisimi Fũdatoris, & eius nobilissima prosapia, traditque ipse in sua iuniori historia lib.24. de viris illustribus Hispanię. fol.163.
Salmãtini non possunt esse Rectores. t.c.6.2.7.
Salmantini possunt si visum fuerit non eligi. t. 2.cap.2.fo.15.
Salmantini duo possunt eligi. ibid.
Salaria collegij qualiter soluantur. t.4.c.7.33.
Salarium visitatoris sit 4. ducatorum. tomo.4. c.13.37.
Sexta feria est ieiunanda à collegis in reuerentiam passionis. t.3.c.8.23.
Semel collegialis non potest amplius esse collegialis per electionem. t.3.c.14.26.
Sermo latinus in mensa & capella, & in disputationibus loquendus. t.3.c.17.27.
Secreta collegij sine licentia maioris partis capellæ pandentes priuantur collegio. tomo 5.c.12.43.
Secreta illa quę sint statur dicto Rectoris, & consiliariorum. ibid.
Sculentum non inducatur in Refectorio. to.3. c.7.22.
Spensę informationũ ante receptionem collegarum percipiantur dando quę pignora intra 2. menses tenetur ea liberare alias. suffragio capellæ interimpr iuatur. t.6.sta.9.61.
Subscribere tenetur collega quod à maiori parte collegij factum est. t.7.sta.18.87.

T.

TAngens citharam sine licẽtia Rectoris arbitrio eius, & consiliariorum puniatur. t.5.c.9.42.
Tangi potest in camera dummodo non sit scãdalum vicino. ibid. & horis debitis & ianuis clausis.
Tempus capellanorum est perpetuum. tomo. 1.c.9.11.
Tempus existendi collegæ in collegio est 8. annorum. t.3.c.14.26.
Tempus absentiæ collegarum vel capellanorũ causa domus de mandato Rectoris non cõputatur in octo annorum. ibidem.
Tempus absentiæ collegarum, vel capellanorum detur secundum exigentiam negotij. t. 3.cap.15.26.
Tempus quadrimestre datur pro absentia quolibet anno, & quando annus incipiat. ibid. nisi fuerit causa domus.
Tenentes claues arcarum non reuelent pecuniam alicui. t.4.c.9.34.
Theologi possunt audire biẽnio canones. to.2. c.1.13.& t.5.c.11.43.
Theologi præferuntur canonistis in sessione mensæ & alijs in paritate graduum. tomo.3. ca.6.22.
Theologi post quadriẽnium tenẽtur publicè concionari. t.3.c.18.28.
Theologi moniti, & sufficientes, nolentes prædicare priuentur à portione mensæ per hebdomadam. ibidem.
Tonsor sit salariatus. t.4.c.8.34.
Tres sunt interquos sors Rectorię mittitur. t.5. decla.11.fo.57.
Tepus absentię familiariũ q̃ sit. t.6.sta.15.66.
Tempore interdicti potest celebrari missa in collegio coram familiaribus & collegis. to. 7.fo 101.ver.item per bullam.
Tauris videndis nullus extraneus potest adesse præter collegas, & in quibuscunque alijs festis. tomo. 7. 102. versiculo, en los campos.

V.

VEsperæ quando debeant, dici. t.1.c.5.9.& vesperæ solemniter missæ & matutinæ quibus diebus in cantu dici debeant,& quibus etiam officium defunctorum & missæ pacis sint celebrandæ.t.7.fol.90.
Veniens post benedictionem priuatur carnibus & sedet vltimus. t.3.c.4.20.
Veniens ante finitam benedictionem primã vino priuetur supra.
Veniens ad mensam postquam omnes sederint, vltimus sedeat. t.3.c.6.22.
Vestis collegarum,& capellanorum debet esse rotunda vndique ad talos. t.3.c.11.24.
Vestis detur collegis,& capellanis,& familiaribus debiennio in biennium vbi supra.
Vendens vestem sibi datam ea vice, ea priuetur. ibidem.
Vendens candelas, candelis priuetur dum in collegio manserit. t.3.c.12.25.
Veniens ad collegium clausis ianuis si pulsauerit noctu,pro prima vice in die sequenti, in pane & aqua peniteat, pro secunda per mensem,pro tertia collegio priuetur. to.5. c.10.42.
Verbum dictum Rectori an sit iniuriosum, consiliarij eodem die terminare teneantur. t.5.c.12.43.
Viciati corpore non admittantur in collegas. t.2.c.2.fo.14. & absq; aliqua specie alicuius morbi contagiosi.Solet etiam considerari, vt oppositores ad collegium ne sint facie deformes.argu.1.regũ.c.17. ibi,erat autem rufus aspectu decoraque facie.tales enim pulchri nescio quid boni latẽtis habẽt, vt ibi dicitur.virum pulchrum, & Dominus erat cũ eo:facies enim deformis,vix potest habere bonos mores, vt Principi medicorum visum est libro 2.de temper. cap. 6. & libro. 1.& 11.de vsu partium.
Visitatio camerarum vide supra. v. Rector.
Vinum tantum, & quantum honestati sufficerit,& necessitati.t.3.c.3.19. nam vbi ebrietas ibi libido dominatur & furor c. Venter. 35.distin.
Vinum Salmantinum ematur potui collegarũ & non peregrinum. t.4.c.5.32.
Visitatio collegarum,& collegij fiat quolibet anno,& incipiat à festo S.Martini,diffiniatur in festo natalis Christi.tomo 4. cap.12. fol.36.
Visitator sit vnus canonicus, aut dignitas ecclesiæ Salmantinæ. ibid.
Visitator tenetur iurare deseruando secreto,& vtilitatem, & honorem collegij procurabit. ibid.
Visitator vnũ anno infra biẽnium eligi in visitatorem non possit. ibid.
Visitator debet petere iuramentum à collegis,& postea visitare. t.4.c.13.37.
Visitator potest expellere collegam iuxta tenorem constitutionis. ibid.
Vlna pãni quo vestiuntur collegæ, sit valoris 20. regalium, familiarium autem præcio decem regalium. t.3.c.11.24.
Vestium insignia,& colorem eligendi,fuit facultas concessa Fundatori per bullam.to.1. fol.2.vers. & collegialibus insignijs,& ante datam bullæ multis annis Illustrissimus Fundator dum esset Gandaui anno 1500. præfatum collegium nostrum habebat, primò collegæ habitauere prope ecclesiã S. Adriani,dum collegium ædificaretur authoritate regis. Deinde translatum fuit anno.1506.vt cõmodius prope scholas viuerent in via publica, quæ vulgariter dicitur,calle de serranos, vt constat ex incorporatione vniuersitatis quę reperitur & est in archiuo vniuersitatis: vltimo autem quia iam propria domus erat constructa in propriam domum translati fuere.
Visitatio debet esse scripta manu propria visitatoris.t.4.ca.12.37.sub verbo honorem. alias non obtemperatur cum sit contra cõstitutionem mandantem secretum seruari: & si manu sit aliena scripta non seruatur,& ita fuit obtentum Rectore Albero, & visitatore magistro Sancio, & demum debet esse firmata,& sigillata & traditur Rectori & collegis vigilia natiuitatis:congregatis in capella quæ statim ponitur in archiuo, nec legitur vsque ad vnum diem post circunciſionem noctu, clausis ianuis congregatis omnibus in capella,postea si est secundum costitutionem obtemperatur, sin minus non, & hæc est praxis consueta, & vide. t.7.à n.48.vsque ad 52.fo.109.
Visitari debet quolibet anno locus deSilleros per collegas,ad sciendum longitudinem,& latitudinem terminorum.tomo. 6. statu. 10.fo.64.
Vota dentur secrete,nec antea reuelet pœna vnius auri. t.6.sta.14.66.
Votum potest absens alteri relinquere. to. 6. sta.31.74.
Visitator cuius qualitatis debeat esse& in quo consistat eius officium. tomo.7. statuto. 1.fo.81.
Voto priuari aliquis collega per Rectorem non potest nisi prius transeant. 30. dies vsque ad actum faciendum.tomo.7.statu. 19. fo.87.
Vota absentium valent ad impediendam electionem

ctionem quocunque tempore. tomo. 7. fta.25.fo.89.

Visitatio capellæ collegij per Episcopum non facienda.t.7.fo.101.vers.primeramente.

Venientes collegæ ex omnibus 4. collegijs maioribus ad acta publica vniuersitatis primum locum obtinet collegium D.Bartholomei,secundum collegium nostrum, quia ex omnibus alijs est antiquius,nam præter incorporationē antiquiorem cum vniuersitate,obtinuit nostrum collegium circa præcedentiam sessionis,& locorum secundum locum, vt fuit determinatum in hac viuersitate, vt constat ex libris vniuersitatis,in quibus patet qualiter in quadam controuersia circa locorū sessionē habita inter nostrū collegium , & collegium Archiepiscopi, quod Archiepiscopi collegium fuit condēnatum & vltimo loco sedere iussum.

Valet multum ad vtilitatem collegij , vt omnes libri determinationum capellæ in archiuo obseruentur,vt ex illis constare possit gesta in collegio in æuum,nec non libri receptionum,vt memoria collegarum habeatur, vt colligitur ex ca.finali.t.2. 17

Visitatio tectorum est facienda singulis mensibus per operarium maiorem collegij,vt domus conseruetur. Nam sicut fumus expellit habitatorem ita stillicidium ruinam parat,vt colligitur ex argumento.t.4.c.13.ver. quæ lapsa sunt.fol.37.

Vtile est vt oppositorum informationes ad familiaturas comitantur familiaribus,aut cōmissarijs sanctæ Inquisitionis illius districti,vbi est facienda informatio cum mandato collegij iuxta tenorem mandati.7.to. 103. mutatis mutandis,videlicet (que dan poder a los familiares y commissarios del districto de N. ò al cura del dicho pueblo en defecto de familiar ò comissario y a cada vno dellos in solidum,para que ante la justicia ordinaria haga informacion al tenor de las preguntas por lo menos con seys testigos Christianos viejos. Y el dicho informante al cabo embie su parescer jurado en publica forma) vt colligitur ex statuto. 6. septimi thomi.fol.83.

X.

XEnium particulare non introducatur in refectorio supra verb.sculentum.

Xenium seu munusculum oblatū collegæ spe alicuius electionisredditur inhabilis. tom. 2.c.3.fo.15.nam quodcunque munus excecat recipientē,vt habetur in sacra scriptura.

FINIS,

Errata, & defectus harum constitutionum sic corrigito.

FOlio.1.in bulla ibi,& apostolice deficit *Sedi deuotorū votisq; ad hoc tendere cōspicimus apostolici*.Itē ibidē paulo inferius deficit ibi augmēto *& literatorū*.Et fol.2.in bulla,cōmoratorum, pro *cōmemoratorū*. Itē fol.3.in principio tēporalibus,pro *tēporibus*.Itē fol.4.ad finē in requisitū, pro *in re quæsitis*.Item fol.5.in princip.vocatione, pro *vacatione*.Itē paulo inferius quo,pro *quod*. Itē paulo inferius applicationū deficit *per nos aut sedē*.Itē fo.6.nec de, pro *non de*.Itē ibi mihi pro *iii*.Itē fo.9.c.4.ad finē.deficit in verbo de quibuspostea.Itē fo.11.c.7.ibi,& omnia deficit,*alia per authenticū notariū assignētur quæ capellanus omnia*.Itē in.c.8.ad fin.Itē fol,12.c.10.in summario, collegio,pro *collegijs*.Itē recepturus,pro *recepturos*.Et ibid.c.12.scriptū est deficit *de corpore christi*. Et ibidē alij,pro *alijs*.Et in fine priuetur,pro *priuentur*. Tomus secundus.

¶Cap.1.ab alia,pro *ad aliā*.Itē.c.2.itaq;,pro *ita quod*.itaq;,p *ita quod*.paulo inferius. Itē paulo post ita esset deficit *autē*.Itē fol.16.c.4.accessit,pro *accesserit*.Et.c.5.eis,pro *in eis*. Tom. III.

¶Cap.2.fol.19 cōpellantur,pro *cōpellatur*.Itē.c.4.fol.21.Sancti Luciæ,pro *sancti Lucæ*.Itē.c.5.iusta,pro *extra*.Itē fol.22.c.6.& alios, pro *vel alios*. Itē.c.7.de cōsilio,pro *de cōsensu*. Itē fol.25.c.13. licentiaudi,pro *licentiādi*.&'paulo inferius,priuilegiū vere,pro *priuilegiū hoc*.Itē fo.27.c.15.exegerit,pro *exegerint*.Itē fo.29.c.19.cōsueto,pro *cōsueto,&*. Tomus Quartus.

¶Cap.1.decernimus,pro *decernētes*.Itē fol.31.c.2.ad finē. extraordinario deficit *& ordinario*. Itē fol.32.c.5.pistrico,pro *pistricē*.Itē fo.38.c.13.eundē deficit,*iuuent,& eidem*. Tom. V.

¶In cap.4.fol.40.æquè,pro *neque*.Itē fol.41.c.7.segūda,pro *secunda*.Itē.c.8.pro pecunia deficit *sed*.Itē fol.42.c.10.ad finē.Rector facere,pro *Rector exequi*. Itē fol.44.c.14.in summario deleatur *bonū collegij nō proponētē,nec*.Itē in eodē.c.14.fol.45.negligerit,pro *neglexerit*.

Tomus Sextus,

¶Statuto.5.fol.61.priuationes , pro *priuationis*.



Lector hebdomadarius.

1585.

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
SALAMANCA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA